



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Ga
85
60

9a 85.60



Harvard College Library

FROM

*Baron de Ro Ostensachen,
Heidelberg, Germany.*

31 July, 1886.

La 80. 50

DE APPIANI ELOCUTIONE

DISSERTATIO PHILOLOGA AD RITE OBTINENDOS SUMMOS
IN PHILOSOPHIA HONORES SCRIPTA,

AMPLISSIMO IN

UNIVERSITATE RUPERTO CAROLINA HEIDELBERGENSI PHILOSOPHORUM ORDINI

MENSE APRILI ANNI MDCCCLXXXV

TRADITA A

GODOFREDO KRATT,
CONSTANTIENSI.



BADEN-BADEN.

VERLAG DER EMIL SOMMERMEYERSCHEN BUCHHANDLUNG.

1886.

Ga 85. 60

1886, July 31

Göttingen


Herrn Dr. L. Lindner

Lehrstuhl

Lehrstuhl

CURTIO WACHSMUTH
FREDERICO SCHOELL

praeceptoribus dilectissimis.



Index librorum, qui in hac dissertatione notis attributis significantur.

- 1) M. = Appiani historia Romana ed. L. Mendelssohn I. II. (p. 1 —564, p. 565 — 1189) Lipsiae 1879. 1881 (cuius editionis sunt paginae, quas referam).
- 2) M.¹ = Mendelssohn in Museo Rhenano, vol. XXXVIII, p. 126 sq. (de codicis Peiresciani lectionibus).
- 3) M.² = Mendelssohn in „Actis soc. phil. Lips.“, vol. VI, p. 347 sq. (Coniecturae).
- 4) M.³ = Mendelssohn in Jahni annalium vol. 119 (a. 1879), p. 822.
- 5) Schw. = Schweighaeuser in editionis suae (a. 1785 editae) voll. I. II.
- 6) Schw.¹ = Schweighaeuser in editionis vol. III (adnotationes).
- 7) Schw.² = Schweighaeuser in indice graecitatis (vol. III. editionis).
- 8) B. = J. Bekkerus in editione sua.
- 9) Di. = Duebnerus in editione Didotiana.
- 10) N. = Nauck (cf. M. I. p. XXVI).
- 11) Ni. = Nipperdey.
- 12) Sch. = Schenkl in Bursiani annalibus, XI. (vol. 34—37) 11. 12. (a. 1884), p. 169 sqq.
- 13) C. = Candidus in versione sua, cf. M. I. p. XXVIII.
- 14) Cob. = Cobet, cf. Sch.
- 15) vH. = van Herwerden, cf. Sch.
- 16) St. = Stephanus.
- 17) Mu. = Musgravius.
- 18) R. = Reiskius.
- 19) H. B. = Henricus Berg in tirocinio philol. sodalium regii seminarii Bonnensis, Berol. 1883.
- 20) H. B.¹ = H. Berg in dissertatione Bonnensi a. 1883 „de participii temporum usu Appiano.“
- 21) Kaelker = Frid. Kaelker, quaestiones de elocutione Polybiana,

cum epimetro de hiatu in libris Diodoris Siculi, in studiis Lipsiensibus, III, 2, a. 1880., p. 217—320.

22) Stich = Jo. Stich, de Polybii dicendi genere, in actis seminarii philol. Erlangensis, II, a. 1881, p. 141—212.

23) Loesch = Loesch in censura, quam egit de editione Mendelssohniana, in indice philologorum, XIV. 10. 11., a. 1884, No. 93; p. 514.

24) Krebs = F. Krebs, de praepositionum usu Polybiano, apud Schanzium (Beiträge z. hist. Syntax der griech. Sprache, I., Würzburg 1882).

25) Krebs¹ = F. Krebs, die Praepositions-Adverbien in der spät. hist. Graecitaet, I., München 1884.

26) Hu. = Hultsch, de hiatu apud Polybium, Philol. XIV. (a. 1859), p. 288—319.

27) Stein = Henr. Stein in editione sua Herodoti, Berol. a. 1856 in lucem profecta.

28) Kr. = K. W. Krueger in gramm. Graecae suae Lips. a. 1875 quintum editae parte prima.

29) Kr.¹ = K. W. Krueger in Thucydide suo Berolini a. 1860 tertium edito.

30) K. = Raph. Kühner in gramm. Graeca sua a. 1870 iterum edita.

31) Wi. = Winer, Grammatik des neutest. Sprachidioms, Lips. 1867, edit. VII.

32) Mul. = F. W. A. Mullach, Grammatik der griech. Vulgaersprache in hist. Entwicklung, Berol. 1856.

De reliquis hominibus qui commemorabuntur, inspicias aut Sch. aut M., de codicum compendiis M. p. XXVIII. De codicum ratione egit Mendelssohn in museo Rhenano XXXI, p. 201 sqq. et in editionis praefatione.

Cetera compendia.

f. = falso

r. = recte

o. = offendit

d. = delevit

m. = mutavit

c. = coniecit

s. = servavit

v. = vertit

Mafo. = Mendelssohnii alii falso offenderunt

A. = Appianus.



Non tam de observata vel observanda quam de servanda Appiani elocutione agam hoc libello; nam cum totum Appianum ratione et grammatica et critica pertractarem, moles quaedam mihi orta est observationum non tam ad Appiani proprietatem dicendi pertinentium quam ipsam illam proprietatem ab hominum doctorum coniecturis defendentium tanta, ut mihi persuaderem, exemplis allatis non sine fructu posse demonstrari, quantum valeret ad evitandas vanas coniecturas scriptoris usus dicendi accurate observatus.

Neque tamen id neglegendum esse putavi, ut ex usu accurate observato aliquid certe redundaret ad constituendum posteriorum scriptorum Graecorum usum universum. Cuius aedificii fundamenta ut his demum diebus ponuntur, ita de Appiani elocutione perpauca constat adhuc esse animadversa (cf. Sch. p. 172); quae suo loco commemorabo; item quid quisque editorum aliorum hominum doctorum coniecerit, referam.

Sed priusquam ad singulas res tractandas transeam, hoc premendum mihi videtur, neque de Appiano Herodoti Thucydidis aliorum imitatore (cf. Sch. p. 177) — pro huius libelli spatio — me voluisse agere neque grammaticam Appianeam scribere aut valuisse aut voluisse; sed quaecumque aut Appiani propria esse aut ob ipsam proprietatem non perspectam ab hominibus doctis in suspicionem vocari intellexeram, ea sola fere persecutus comparando explicando condonando statuebam defendebam, emendando denique, si fortuna tulisset, restituebam.

Talia autem proprie dicta inveni in eis, quae pertinerent

I.

1) ad genus. 2) ad numerum. 3) ad casus. 4) ad gradus comparationis. 5) ad articulum. 6) ad pronomina. 7) ad tempora. 8) ad infinitivum. 9) ad participium.

II.

10) ad asyndeton. 11) ad anaphoram. 12) ad figuram *κατὰ σύνεσιν*. 13) ad ellipsin. 14) ad anticipationem. 15) ad attractionem. 16) ad brachylogiam. 17) ad pleonasmum. 18) ad anacoluthiam.

III.

19) ad adverbia. 20) ad negationes. 21) ad praepositiones. 22) ad coniunctiones.

IV.

23) ad verborum significationem. 24) ad verborum structuram. 25) ad verborum collocationem.

Quae, quantum de singulis animadverti, deinceps iam tractabo et ita tractabo, ut, ubicunque loco quodam quemlibet hominem doctum falso aut offendisse aut delevisse aut mutavisse aut coniecisse aliquid ex ipsis locis iuxta allatis apparebit, defensionis causam non addam.

Locorum autem, qui propria continebunt, numeros, quantum potero, enumerabo vel certe numerabo omnes; quae propria non erunt, satis habebō exemplis illustrasse.

I.

1) De genere.

Neutrius generis usum valde amavit A.; ac primum quidem salpius posuit neutra adiectivorum vel participiorum singulari numero pro substantivis abstractis (item Polybius, cf. Kaelker p. 282); legimus igitur 67, 22 ἐπὶ τῷ Καρχηδονίων κουφόνῳ, 77, 22 τῷ φιλοπόνῳ καὶ ταιλαιπόρῳ, 169, 11 τὸ δ' ἀπάνθρωπον, cf. etiam 728, 8. 843, 7. 844, 1. 873, 4. 1131, 24. 241, 3, quo loco M. τὸ σφέτερον εὐπρεπές f. m. in τὸ σφέτερον εὐπρεπῶς (sc. διατίθεσθαι); quibus locis omnibus significantur mores hominum, cf. Kaelker ibidem. — Quo accedunt loci 148, 12 (τὸ ἀσφαλές) 170, 17 (τοῦ παραδόξου τῆς προθυμίας) 196, 1 (τοῦτο τὸ σοφόν) 209, 14 (τὸ ἀδόκητον τῆς ἐφόδου) 209, 15 (τὸ παράδοξον τοῦ ἔργου) 219, 7, 10. 272, 5, 7. 404, 20. 575, 2. 670, 16. 738, 10, 813, 17 (ἡλικίας τι νεώτερον) 829, 9 (ἐς τὸ τῶν χειρῶν εὐκολον) 855, 24. 1066, 9 (δυσεργές ἦν, cf. 997, 11 τῇ ταχυεργίᾳ τῆς ἀλώσεως) 1067, 5. 1096, 11. 1136, 17. 852, 13. 843, 22. 273, 20. — τὸ συμφέρον legimus 322, 3. 825, 8, τὸ συνειδός (pro conscientia) 143, 5. 305, 16. 588, 26. 644, 22. 757, 13. 799, 19. 1070, 20. —

Deinde haud raro usu veniunt neutrius generis pronominum et adiectivorum casus obliqui, et singulari numero positi, velut 81, 10 (μέχρι τινός) 218, 17 (οὐδενὸς προκόπτοντος αὐτῷ). 288, 16 (οὐκ ὄντος αὐτοῖς ὅποι καταφεύγειν). 828, 3. 446, 17. 328, 17¹⁾. 624, 6. 589, 2. 801, 5 (οὐδενὸς καλλιερουμένου, Mfd. et Nfm., cf. etiam Xen. Hell. 3, 1, 17, ubi ἐκαλλιερεῖτο pro passivo legitur). 847, 7. 1088, 10. 1089, 12. 555, 2 (οὐκ ἀπέστη τινός, R. f. adiecit ἐγχειρήματος) 119, 11. 668, 18. 623, 14. 58, 5; et plurali, velut 158, 25 (ἐν ἀπόροις). 255, 11 (ἐπὶ κρεισσόνων) 220, 20 (τῶν πλεόνων). 235, 14 (ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων) 858, 4 (τοῖς πολλοῖς δυσχεράνας) 1015, 9 (καὶ τὸ τμήμα αὐτῷ τῶν πατέρων ἐκ τῶν κοινῶν ἔκριναν ἀποδοῦναι χρημάτων, M. r. o. in χρημάτων, cf. 947, 21 μὴ μετασχεῖν τῶν πατέρων, et 1036, 6, ubi M. post ἐπὶ τὰ τῶν πολε-

1) cf. de fig. κατὰ σύνεσιν.

μίωv f. desideravit κτήματα) 132, 21 (πᾶσιν ἔτοιμα, M. f. mutare voluit in ἐς πάντα ἔτοιμα) 715, 5 (διέλυε τὴν βουλὴν ἐπὶ ἀτελείᾳ πᾶσι, Mrs. contra Blokium, qui c. πράγμασι). 975, 16. 1059, 17 (ἵνα καὶ τῶν ἐναντίων κοινωνῶμεν ὑμῖν, Mfo. et vHfc. „κατὰ τῶν ἐναντίων“; opponuntur enim inter se ἀκλινδονον γόρον et τῶν ἐναντίων, quare Schwrv. „ut ex adversis etiam tempestatibus commune vobiscum detrimentum sentiremus“ et Sch. p. 179. 180 „ut adversarum etiam rerum vobiscum participes essemus“) 1056, 12 (ἐγίγνετο γὰρ — ἔτερα ἐμφύλια ὄμοια, στρατηγού μὲν οὐδενός ὄντος ἐπὶ πᾶσιν ὥσπερ ἐκείνοις, Mfc. ἐκείνων, Schwfc. ἐκείνοι¹⁾) 1120, 4 (ἐλπίζοντες αὐτοῖς αὐτοῖς ἀγαπήσιν, Mfd. αὐτοῖς²⁾) 1144, 7.

Tum A. neutra nonnunquam ita usurpat, ut aut ipsos significant homines aut ad homines sint referenda: 279, 7 (ὄλλγον δ' ὄσον ἐσωφρόνει, τὰς πύλας ἀπέκλειε, cf. 806, 17 τὸ καθαρόν τοῦ πλήθους et 1035, 7 πολὺ δ' ἦν ὁ καὶ τοῖς πολεμίοις ἐαυτὸ ἐπέτρεπεν) 645, 12 (ὁ πόλεμος ἔφθειρε πάντα, ὧν γε καὶ μύριοι etc., Mfc. πάντας) 715, 3 (πάντα καταλύειν pro πάντας καταλύειν, quod M. f. restituit) 1046, 19 (ὁ δὲ Ἀντώνιος πάντα ἦν, Mfc. πάντη, vHfc. πάντη, cf. 710, 11. 821, 22). 661, 6 (πολέμιον οὐδὲν ἦν ἔτι πλὴν Σερωφλον) 367, 18 (τὸ τρίτον τούτων ἔκτειναν) 1100, 5 (τὸ κεφάλαιον τοῦ πολέμου Λεῖκιον γεγονέναι) 210, 6 (Ἀσδροῦβας μὲν ἐστὶ τὸ τοῦ πολέμου κεφάλαιον) 988, 19 (ἐπώλουν αἱ ἀρχαὶ τὰ ἐλεύθερα) 930, 16, 17 (τὰ ἀγριώτερα τῶν βαρβάρων) 833, 6 (τῆς μὲν Εὐρώπης πολλὰ βάρβαρα ἐλών, Mfc. ἔθνη) 714, 14 (εἶ τι τὴν πόλιν καταβιάζοιτο, Mfo.

Aliter comparati sunt loci 31, 9 (γαῦρον ὁ νευκηκῶς) 466, 2 (τοῦτο εἶναι τὴν πυρσίον, Mfo.) 1015, 25 (τοῦτο γὰρ ἐπαναστάσις ἐστὶ, Mfo.) 944, 21. 1153, 3. 172, 22 (συνετάρασσον ἀεὶ τι καὶ κτείναντες ἐπανήεσαν³⁾, cf. 396, 15 ἀεὶ τι ἐνοχλῶν). 1053, 8 (οἱ κατὰ τὰ φροῦρια, πολλὰ ὄντα, Mfo.) 213, 17 (Schw. R. Mfo.?)

Porro saepius neutra adiectivorum invenimus, ubi exspectamus adverbia, velut 763, 1 (τῶν ἰππέων βραχὺ τὰ περὶ προλαβόντων) 75, 15 (ἐσεμνύνετο ὄμοια) 242, 17 (τὰ ἔναγχος ταῦτα) 203, 16 (τὸ πάμπαν) 1048, 22 (τὸ μέχρι πλείστον) 850, 8 (τὰ εἰκότα). 250, 18. 589, 7. 636, 9. 289, 11 (γυγνομένου δὲ τοῦδε πυκνοῦ, Mfc. πυκνῶς, cf. 693, 12 ἀπὸ τοῦ δέους, πολλοῦ σφισιν — ἐπιστάντος) 870, 10 (οὐδὲν ἐπιμέμπτων —

¹⁾ cf. de ellipsi.

²⁾ cf. de pronomine.

³⁾ cf. de ellipsi.

γενομένων). 170, 28. 579, 25¹⁾. Comparari denique inter se possunt loci 211, 9 (τὸ ἀκριβὲς τῶν γενομένων pro ἀκριβῶς τὰ γινόμενα) et 1102, 12 (τὸ τῆς ἀποκρίσεως ἀκριβὲς ἄρα οὐκ εἰδώς), qui tamen differunt a locis antecedentibus.

Saeppissime vero adiectivorum vel pronominum neutra pro substantivis coniungit cum substantivorum casu genetivo, velut 235, 8 (τὸ πολὺ τῆς ἀρχῆς) 242, 6 (ἐς τόδε τύχης) 609, 16 (τὸ λοιπὸν τῆς στρατιᾶς) 223, 7 (ἐς ἔσχατον ἀπορίας) 260, 13 (ἀπορίας ἐν τούτῳ) 294, 13 (ἐν τῷδε ἀπορίας) 855, 2. 545, 19. 586, 18. 10, 17. 279, 15. 280, 7. 294, 13. 639, 23 (ἐν τσαῦδε κινδύνου, Nfm. in κινδύνῳ) 689, 26. 659, 5. 704, 4. 999, 15. 876, 24 (οἷς τι λογισμοῦ βαθέος ἦν, Lennep f. c. βάθος) 233, 4 (τὰ ἄχρηστα τῆς λείας).

Omnino denique neutris Appianum libentissime uti quo magis confirmem, ni loco non indigni mihi videntur, quos adiciam:

88, 5 (τὰ μὲν τῶν Ἀσταπαίων ἦν ἄριστα, Mf. desideravit ἔργα ante ἦν, cf. 678, 10 καὶ τότε ἦν καὶ τοῦδε τοῦ ἔτους ἐν Ἰβητίᾳ, Mfo.).

261, 7 (ἀφράκτοις καὶ κερκούροις καὶ στρογγύλοις πολλοῖς) et 309, 6 (ἄλλοις βραγντέροις πολλοῖς²⁾) Mf. desideravit πλοίοις, cf. 406, 8 (οὐδὲν ἦν ἀχρεῖον pro οὐδὲν βέλος ἦν ἀχρεῖον, Mfo., cf. 555, 2).

284, 20 (διὰ τοῦ πεσόντος — βιάσασθαι καὶ ἐσθραμεῖν, cf. 312, 9 τὸ διαπεπτωκὸς τοῦ διατειχίσματος).

336, 2 (βουλομένους τι πρεσβεῦσαι, Mfo. in τι, cf. 172, 22. 396, 15).

276, 22 (ἐς τοῦτο δ' ἡμῖν ἀνάγκης ἀφίεται, St. f. desideravit τὰ πράγματα), 227, 18 (ἐπεὶ δὲ ἔτοιμα ἦν αὐτοῖς, Mfo., Schrs., cf. Sch. p. 174 et Kr¹. II 3, 3 et I 46, 1) 1022, 16 (καὶ πάλιν ἦν ἄπορα τοῖς ἀμφὶ τὸν Βροῦτον, Schwfm.) 1068, 24 (ἀμήχανα δ' ἦν αὐτῷ, cf. 1136, 9). —

182, 24 (τῷ παρ' ἐχθροῦ, sc. λόγῳ, St. Mfo.) 804, 1 (τῶν ὁμοσοσμένων, sc. ὄρκων, Mfo.).

172, 20 (λίθους ἐπὶ τὰς μηχανὰς ἀφιέντες πολλὰ συνέτριβον, Mfo.) 759, 26 (τὸ μεταξὺ Φαρσάλου τε πόλεως καὶ Ἐνιπέως ποταμοῦ, Mf. des. πεδίων) 182, 13 (ἠγέλρετο τὸ Ῥωμαίων) 234, 21 (τὸ πρὸς χάριν αἰεὶ επικρατεῖ) 209, 24 (τὰ τῆς γνώμης ἐρώ). 179, 19 (τὰ αὐτῶν ἐπολούν) 179, 24 (ἐν ἅπασιν τοῖς Ἀντίβου) 859, 10 (τὸ τῆς ζημίας). 586, 11. —

cf. Stich p. 161.

¹⁾ cf. de accusativo.

²⁾ cf. de fig. κατὰ σύνεσιν.

2) De numero.

Pluralis numerus nominum abstractorum frequentissime usu venit apud Appianum (cf. K. § 348b 3c, p. 15, Kr. § 44, 3. Wi. p. 166, Stich p. 151), ac primum quidem ita, ut significantur complures notionis abstractae modi, status, casus: 83, 25 (*χρεῖται*) 150, 28 (*ἐπινοίας*) 695, 21. 875, 18. 237, 1. (*τὰς εὐπραξίας*) 246, 11 (*τὰς εὐπραξίας*) 221, 19. 253, 19. 67, 20. 354, 11. 241, 26. 222, 10. 583, 6. 263, 27. 295, 5. 302, 10. 497, 4 (*ἐλευθερίας*, Mfo.) 694, 12 (*τὰς φιλοτιμίας*) 758, 10 (*χάρισιν*) 1157, 1 (*δι' ἀπειρίαν ὁδῶν καὶ ἐνέδρας*, Zippel, f. c. *φόβον ἐνέδρας*¹⁾) 817, 21 (*τοῖς φόβοις*) 1161, 11 (*φόνων*) 828, 26 (*ἔοικεν—τὰ γεγεννημένα . . . του δαιμόνων ἔργα εἶναι*, Mfo. cf. 844, 3. 1160, 15. 163, 1, quo loco Mfo. in *ὅταν αἱ φάλαγγες ἔργων ἔχωνται*) 834, 14 (*εὐπραξίας καὶ τύχαις*) 12, 15 (*χρόνους*).

Deinde plurali abstractorum exprimitur iteratio quaedam; quo pertinent loci 193, 14 (*γυναικῶν ὕβρεις καὶ παρθένων ἀπαγωγαί*, Naber r. m. *ὑβρεις* in *ὑβρεις*, cf. 859, 9. 1059, 21) 203, 20 (*ἐπὶ θήρας ἢ λεηλασίας*, cf. 201, 25) 500, 8 (*σφαγαί*) 567, 3 (cf. 939, 7, a M. recte collatum ad 830, 22) 569, 5. 576. 14. 578, 9. 580, 14. 695, 26. 936, 19. 25, 22. 217, 12 (*Schwrm. ὑποσχέσει* in *ὑποσχέσει*) 252, 22 (*ἔργα πολέμων*, B. Mfo., cf. 286, 4, ubi Mrs. *πόλεμος* contra *Musgraviū*, 817, 18 *πάντα ἐμπλῆσαι πολέμων*, 903, 24 *δύο ἦσαν οἱ πόλεμοι*, 909, 19, quo loco *πολέμῳ* Mfm. in *πολεμῶ*, cf. 1092, 5 Cf.; accedit 1116, 7, ubi Mfo. in *πολέμου*) 396, 14 (*χυρτολογίας καὶ ξυλεύει*) 641, 14 (*λίθων ἀφέσεις*) 645, 10 (*λίμας καὶ θανάτους καὶ δημεύσεις*) 686, 23. 694, 12. 695, 26. 714, 5. 719, 5. 1098, 10. 1160, 10.

Ad complures denique homines referendus est abstractorum nominum pluralis 12, 22 (*καθὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων τισὶν ἐπὶ τὰ ἰνόματα ἦσαν ἐπικλήσεις*, Rfm.²⁾) 46; 11 (*τὰ μεγέθη μεζους*) 503, 18 (*ἐν ὑποψίαις ἐτίθετο*) 677, 13 (*αὐτὸν ὁ στρατὸς ἐν αἰτίαις εἶχεν*) 571, 24 (*θεραπόντων, ἀκινδύνως αὐξομένων διὰ τὰς ἀστρατείας*) 876, 2. 939, 26. 964, 12. 1087, 9 (*οὔτε τοῦ λιμοῦ τι τέλος ἦν οὔτε τῶν θανάτων*, cf. 645, 10) 391, 16. 1046, 3 (*οἱ δ' ἀνεωθοῦντο μὲν ἐπὶ πόδας*, Mfc. *πόδα*) 1092, 22 (*τοιαύδε ἀλλήλοις προσιόντες ἀπὸ τε τῆς στολῆς καὶ τῶν σχημάτων προαπεδείκνυντο*, Mfc. *τοῦ σχήματος*, cf. 217, 12) 1168, 20 (*κοινῇ δ' ἐβόων . . . ἀφεθῆναι τῶν στρατειῶν*, Mfc. *τῆς στρατείας*,

¹⁾ cf. de brachylogia.

²⁾ cf. de praepos.

cf. 571, 24) 946, 3, 4 (ὡς καὶ τῶν ὑπάτων τινὰς ἐς τὰς φυλακὰς ἐμβαλεῖν, Mfc. ἐς τὴν φυλακὴν) 308, 17 (τοσοσδε στρατοῦ, μήτε ἡμέραν ἐκλείποντος ἐπὶ τοῖς ἔργοις μήτε νύκτα, Mfc. ἐπὶ τῷ ἔργῳ). — Quae tamen divisio non ita est severa, ut singula genera locorum non possint partim inter se misceri. —

Jam adnotandi sunt loci 687, 23 (τῶν δῆμων ἀεὶ τοὺς δαυμιλεῖς ἐπαινούντων, Mfc. δημοτῶν) 841, 3 (τὰς ἀρχὰς ἐκέλευον — τὸν βωμὸν ἐκθεοῦν) 672, 5 (δῆμοι et ἀρχαί), ubi nomina extant haud abstracta¹).

ἑκάτεροι autem legimus non de factionibus sed de singulis hominibus adhibitum 1107, 19. 988, 12. 1096, 17 (quibus locis Mfo.) 1142, 24. 1161, 15, ἕκαστος plurali numero 137, 1. 26, 16. 94, 10 cet., ἅπερ pro ὅπερ (quod referatur ad totum enuntiatum) legimus 158, 24 (Mfm.), ταῦτα pro ταὐτὸ 743, 18 (Mfo.), pro τοῦτο 715, 5 (B. Mfm.), τάδε pro τόδε 882, 3 et 851, 18 (quibus locis Mfo., 336, 19 Mrm.), αὐτὰ pro αὐτὸ 811, 13 (Mfo.); verbi finiti pluralis ad ὅπλα referendus est 555, 9 (Mrm.? — cf. 404, 27 et Kr. § 44, 4 et Kaelker p. 264). — 399, 18 autem ἀφέσεις cum v. H. mutaverim in ἀφέσεως. —

Singularem vero praetuli A. in locutionibus διὰ βραχέος et δι' ὀλίγου 376, 10. 495, 21. 889, 22 (cf. 206, 7 ἐκ βραχέος) 881, 10 (quibus locis Mfo.) et ἐν ὀλίγῳ 417, 11 (Schrs. contra v. H.) et in vocabulo πολὺς 756, 21 (Mfo.), 959, 22. 963, 17. 270, 10 (cf. 178, 16. 356, 3. 693, 12) 1035, 7. Pro τῶν γιγνομένων legimus τοῦ γιγνομένου 199, 11 (cf. Stich p. 151).

Saepius denique nominum pronominumque singularis extat pro plurali: 618, 14 (μετὰ τοῦτο pro μετὰ ταῦτα) 598, 18 (νόμον ἐσηγήσειν pro νόμων ἐσηγήσειν) 686, 8 (μεθίσσαν τὸν στρατὸν pro μ. τοὺς στρατούς) 710, 10 (μετὰ τοῦτο pro μετὰ ταῦτα) 736, 11 (ὁ καὶ ἡμεῖς ἐνθυμούμενοι pro ἃ κ. ἡ. ἐνθ.) 800, 3 (ὃ ἔμαθεν pro ἃ ἔμ.) 737, 10 (ἐπὶ δὲ τούτῳ pro ἐπὶ δὲ τούτοις) 972, 12 (ἵνα μὴ γνωσθῆῃ πρὸς ἑτέρου pro ἱ. μ. γ. π. ἑτέρων) 575, 11 (ἐκ πολέμων βίᾳ κατέχοντες pro ἐκ πολέμων β. κ.) 996, 18 (ὡς ἐπὶ δοριαλώτῳ pro ὡς ἐπὶ δοριαλώτοις) 458, 13 (πολεμίου σφάλματος pro πολεμίων σφ.) 532, 12 (ἐπαιρούμενοι — ἵπὸ τοῦ κέρδους pro ἐπ. — ὑπὸ τῶν κερδῶν), quos locos a M. in dubitationem vocatos pro Appiani inconstantia mutandos esse negaverim; accedunt loci 1067, 2 et 30, 22, ubi Nfo.; retinuerim etiam 623, 3 (φρονρὰν κατὰ μέρος ἐπιστήσας pro φρονρὰς κ. μ. ἐ., Mfo.), ubi singularis explicetur attractione quadam, cum κατὰ μέρος significet singulas partes.

¹) cf. de signif. verb.

Figura κατὰ σύνεσιν saepissime utitur A. (cf. K. II p. 47—52):

Primum ita, ut verbi finiti numerus pluralis referatur ad singularem substantivi collectivi: 65, 6 (τὰ μὲν ἐς τὸν στρατὸν ἀνάλισκεν, ἵνα προθυμότερον αὐτῷ συναδικοῖεν) 67, 5 (ἡ στρατιὰ — στρατηγὸν ἀπέδειξαν αὐτόν) 290, 15 (ἡ στρατιὰ — μέγα ἠλάλαξαν) 377, 5 (si cod. V. sequimur cum M.) 410, 23 (ἡ βουλὴ τοῖς ἐγνωσμένοις συνετίθετο, Schwfc. συνετίθετο). 685, 17. 686, 14. 709, 27. 651, 16 (τὸ ἄστυ — τὰς πύλας ἀνέφραξαν, Cfv., Mfo,) 826, 14. 827, 6. 830, 26, 831, 14. 841, 18. 848, 23. 907, 9. 927, 4. 962, 21. 989, 18. 1050, 20. 1097, 11 (καὶ ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Καίσαρος. εἴτε ἐξεπίτηδες, οἷα προδιδάσκονται πολλάκις, εἴτε etc., Mf. post πολλάκις οἱ στρατιῶται vel tale quid intercidisse suspicatur). Excipiendus est locus 587, 20 (ἡ βουλὴ ἐκέλευσε — Λισιὸν τε Δροῦσον — — ἔπεισε, Mfc. ἔπεισαν?). Nonnumquam eodem loco structura variatur: 633, 7 (ἡβουλὴ — μετέπιπτε — καὶ ἔπεμπον). 279, 8 (ὄλλγον δ' ὅσον ἐσωφρόνει τὰς πύλας ἀπέκλειε καὶ — ἐπλήρου) 206, 24 (ἡ — sc. στρατιὰ — δ' οὐχ ὑπήκουεν ὑπ' ὀργῆς ὧν ἐπεπόνθεσαν, Schwfc. οἱ δ' οὐχ ὑπήκουον, cf. 1097, 11) 839, 16. 840, 19. 842, 4. 861, 14. 864, 23. 1070, 17.

Quo accedunt loci quibus aut praeter verbi finiti pluralem aut sine verbi finiti plurali etiam participia plurali numero coniunguntur cum substantivo colectivo: 221, 4 (ὁ δῆμος — πεπονημένοι — διήρασαν) 239, 16 (τὸ πλῆθος — ἐκλογιζόμενοι — ἠπειθόν) 296, 5 (ὁ στρατὸς — καταθέοντες εὐφρήμον) 302, 3 (ὄρῶν — ἄλλο τε πλῆθος αὐτοῖς συνόντας ἀγοραῖον, οἷ etc.) 324, 12 (ἀνήρει τὴν βουλὴν — ὡς — προδόντας) 747, 6 (στρατὸν, οὕτω — περιφορον ὡς — — — μῆτε στήναι, περὶ τὰς πύλας ὄντας ἤδη, μῆτε ἐσελθεῖν) 776, 9 (ἑτέρα — sc. στάσις — δ' ἐπ' αὐτὸν ἀνίστατο τοῦ στρατοῦ, ὡς οὕτε — λαβόντες οὕτε — βραδύνοντες, Mrs. contra Mu. et Schw. collato loco 732, 17 στρατιὰ — κατεβόησεν ὡς — βραδύνοντες καὶ — οὐ λαβόντες) 804, 10 (τῆ βουλῆ θαρρόωντες — συγγενέσι οὖσι) 1067, 2. 1113, 14. 1161, 17. 852, 23. 884, 21.

Talibus quoque locis habemus variationem structurae, cf. 170, 27 (οὐδὲ τὸ λοιπὸν ἦν ἔτι τῷ Ἀννίβῳ πιστὸν, ὑποπτευόμενον τε ὑπ' ἐκείνου καὶ ὑποπτευόντες αὐτόν) 890, 15 (τὴν στρατιάν, ἵνα — κατοκνή, διεκλήρωσεν —, οὐ στασιάζαντας) 888, 9, 10 (ἡ βουλὴ — — — εἶχεν ἐν ὀργῇ, ἀναθέμενοι δὲ — ἐψηφίσαντο) 764, 17—19. 469, 12—15 (τὸ μέγα ἄστυ αἱ Θῆβαι, — — — ἐλόμενοι τὰ Μιθριδάτεια, — — — — μετετίθετο, Schw. Mfm., cf. 877, 1—3 τὸ δὲ πλεον, ὀρῶντες — ἐτίθετο Schw. Mfm.).

Pronominis pluralem ad substantivi collectivi singularem refert A. 356, 3 (στρατοῦ, οὗς) 695, 13 (φθόνῳ δ' αὐτῶν οἱ πολλοὶ post τὴν βουλὴν)

842, 13 (διὰ σφᾶς post ἡ βουλῆ) 478, 9 (αὐτοῦς post στρατοῦ, Nfm.), singularem 488, 17 (αὐτὴν spectans ad στρατιὰν quod antecedit; in αὐτὸν, nisi de πολέμου dicitur, Schwro.), adiectivi pluralem 887, 17 (ἡ βουλῆ τότε μὲν ἀγχώμαλοι — περιῆλθον).

ἐκάτερος cum verbi plurali coniunctum legimus 835, 14 (ἦσθην ἐκάτερος) 207, 9. 797, 4. 228, 16, cum pronominis plurali 539, 25 (τὸν μὲν στρατὸν αὐτῶν ὀπλιζεν ἐκάτερος, Nfo.), cum participii singulari et verbi finiti plurali 972, 24 (χωρῶν δὲ ἐκάτερος — σταθμεύουσι), cum participii singulari 686, 9 (ἐκάτερος — ποιούμενος) 1009, 11 cet., cum verbi et pronominis plurali 973, 2 (περινεύοντες — ἔδοξαν ἀλλήλους ἐκάτερος στρατὸν ἐπὶ σφᾶς ἐφιπεμφθέντα εἶναι, Schw. Mfo.¹⁾), ἕκαστος 747, 8 cum verbi plurali.

Enumerationem quadam nititur pluralis verbi finiti 637, 13 (καὶ ἡ κεφαλὴ καὶ τοῦδε καὶ Ἀντωνίου — καὶ τῶν ἄλλων — προντέθησαν) 685, 16. 803, 15. 844, 22 (ubi enumeratur non per καὶ sed per ἦ²⁾), participii 1050, 23 (οὐ γὰρ τις αὐτῶν Βροῦτον ἢ Κάσσιον οὐδὲ ἴσσωμένους ἀπέλιπεν; hic quoque, pluralem respiciens, καὶ pro ἦ exspectaveris). 849, 20 (ubi verbum singulari positum est numero! ἀγγέλλεται Κάσσιός τε καὶ Βροῦτος ἀφηρημένοι), substantivi 191, 22 (δὲ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀρίστων, Mrs. contra Wesselingium). Singularem exhibent loci 742, 22 (Θαρρεῖν ἐκέλευον οἱ θεράποντες τὸν κυβερνήτην — — τὸν μὲν δὴ ποταμὸν ὁ κυβερνήτης εἰρεσία βιαζόμενος ἔπλει; ὡς δ' ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς ἀφίκετο, Mfo. in ἀφίκετο); item in locis 750, 9. 967, 8. 394, 20. 648, 6 (ubi ἀπαθεῖς exspectaveris) 161, 8. 960, 17. 748, 11. 139, 25 pro Appiani inconstantia offendendum esse mihi non videtur. 1027, 3, 4 pluralem recte restituerunt Schw. et M.

3) De casibus.

a) De accusativo:

In accusativo usurpando propria fere non exhibet A., nisi quod saepius legimus figuram etymologicam et accusativum absolutum. Accuratius tamen ut et haec et alia quaedam proferam inducor nonnullos locos defendendi occasione.

Figuram igitur etymologicam exhibent loci, quos quidem conquisiverim, 29, ex quibus referam locos: 91, 18 (ἀρξάντων τὴν αὐτοκράτορα ἀρχήν, cf. 375, 14 τῆς ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἄρξω) 196, 26 (τρίτον πόλεμον καὶ

¹⁾ cf. de sign. verb.

²⁾ cf. de particulis.

τελευταῖον ἀλλήλους ἐπολέμησαν cf. 1050, 8 Schw. Mfm. ¹⁾ 771, 19 (μόνην ἀρχήν ἄρξαντος Mfo.) 926, 16 (τὴν ἐσθήγησιν, ἣν ἐσηγήσατο, Mfd. ἐσκήσατο) 992, 13 (ἡδικούμην, — τό μὲν πρῶτον ἀδίκημα, Mfd. ἀδίκημα). 1089, 6, 7 (τὸ μὲν δὴ τέλος — ἐς τοῦτο ἐτελεύτα), qui locus quamquam talem accusativum non praebet, tamen quodammodo huc pertinet. ²⁾

Accusativum continentiae praeterea legimus locis 18; f. offenderunt Mendelssohnium loci 403, 16 (καμήλους δευτάτας ἐπικαθήμενοι) et 1017, 2 (ἐσφορὰς προγεγραμμέναι, si Bekkerum sequimur; cf. 961, 8). Eundem accusativum neutris pronominum et adiectivorum expressum legimus 392, 18. (ἐπιτετραμμένοι τοῦτο) 846, 23 (ἀσκεῖσθαι τὰ πολέμια) 850, 8. 990, 21. 1180, 2.

Accusativus relationis ab adiectivis dependet locis 202, 17 (τὸ σῶμα καλῶ) 143, 14 (ἄκροσῶν ὀργήν) 253, 24. 27, 27. 46, 11. 347, 15. 555, 9. 291, 22. 666, 5. 554, 22. 889, 18. 1034, 22, a verbis 38, 13 (τὰς κεφαλὰς ἀπεκόπησαν) 50, 15. 669, 7. 685, 12 (τιτρώσεται τὸν μηρὸν, Mfc. ἐς τὸν μηρόν) 37, 28 (ubi codicis Peiresciani scriptura ἀλγήσαντα δ' αὐτὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς mihi videtur esse recipienda, cf. M. ¹⁾ 585, 19. 1016, 4.

Absolute denique positum legi accusativum 43 locis, inter quos Mfo. 256, 15 (μυριάδας ἀνδρῶν συνιούσας pro μυριάδων ἀνδρῶν συνιουσῶν) 669, 2 (τῶν ἐχθρῶν αὐτὸν ἀνελόντα βουλευτὰς μὲν ἐνενήκοντα) 888, 21 (ὡς τὸν Ἀντώνιον ἔργῳ διὰ τῶνδε εἶναι πολέμιον ἐψηφισμένον; v. 19 εἶναι pro εἰδέναι censeo esse scribendum cum B.. cf. 272, 13. 708, 19. 889, 9. 736, 17. 891, 5. 898, 11. 899, 22. 972, 6. 983, 12; non repugnant 891, 10. 897, 10) 1112, 11 (ὡς αἴτιον τῆ γυναικὶ θανάτου γενόμενον); Schwfo. 343, 10 (ὧν ὁ Περσεὺς αἰσθόμενος οὐκέτι τὰ λοιπὰ τῶν χρημάτων ἔπεμπε — sc. αὐτῶ — ὡς ἤδη καὶ δι' αὐτὸν Ῥωμαῖοις πεπολεμημένον) 1115, 8 (καὶ ὁ μὲν τότε ἐξεῖπεν οὐ πρὸς πάντων ἐπαινόμενον; equidem accusativo ἐπαινόμενον inducor, ut hunc locum traxisse iudicem Appianum e Latino quodam scriptore, qui scripserit „Hoc aperuit, [id] quod non omnes laudant“, cf. 1153, 3 et Kaelker p. 280, adn. 2, et Stich. p. 146), Nfo. 468, 6 (ἐς Ἀριστίωνα — εἰρημένα, αὐτὸν αἴτιον τῆς ἐκβολῆς τῶ λόγῳ γενόμενον), Stfm. 1078, 19 (ἐπισταλὲν δὲ αὐθις ἀναλαμβάνειν αἰτόν). Loco 789, 11 legimus ἐμπλακέντα τὸν πόδα, τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς ἔτεμε pro ἐμπλακέντος τοῦ ποδὸς τὸν τ. ἔτεμε aut ἐμπλακέντα τὸν πόδα ἐς τὸν ταρσὸν ἔτεμε ³⁾), 819, 10 ad ὡς οὐ δικαίως φυλασσόμενα

¹⁾ cf. de struct. verb.

²⁾ cf. de pleonasmō.

³⁾ cf. de collocatione verborum.

supplendum est τὰ πεπραγμένα, 923, 18 τὸν Θράμβον ad οἱ δὲ τῆς ἐς τὸν Θράμβον ἵπεροψίας, οὐκ ἄδικον ὄντα. Loco 1010, 21 Γαίφ μάλιστα Καίσαρι τοὺς πλέονας ἐστρατευμένους Cfv. „praesertim eos qui sub Caio Caesare olim militaverant.“ 1022, 8 denique (ὡς ἀχρεῖον ἐστὶ τὸ τηρεῖν) pro ἐστὶ Schwrc. ἔτι. Jam restant loci 249, 19. 610, 20. 623, 11, 16, 17. 169, 5. 645, 5. 626, 21. 299, 21. 663, 15. 695, 5. 708, 11. 799, 10. 842, 15. 278, 25. 874, 12. 882, 17. 917, 6. 998, 13. 1028, 8. 1075, 25. 1116, 22. 1116, 22. 1117, 19. 1121, 19. 1126, 9. 1129, 23. 1139, 13, 14. 1145, 16. 843, 7.

3^b) De genetivo.

Genetivi usus Appianeus patet latissime, imprimis partitivi et obiectivi.

Ac partitivum quidem nonnumquam ita usurpat, ut et contineat nomen proprium et dependeat a nomine proprio, quod maxime cadit in locum 97, 9, de quo accuratius dicam, quippe qui sit instar omnium maximeque vexatus ab hominibus doctis, quorum nemo in verbis traditis αὐτῶν Σεγηδαίων acquievit. Sed alii alia conicientes nullam tamen addiderunt suspicionem aut explicationem, nisi quod Schw. adnotavit „ab Arevacis ducem fuisse creatum ex toto conexu apparet“. Qua in re cum eo consentio. Conexus enim sententiarum est hic: „Aruaci ad tantam comitatem sunt progressi, ut Segedaeos profugos non solum reciperent, sed etiam suum ducem ex iis crearent.“

Desideraverunt autem homines docti, ni fallor, pronomem τινὰ vel participium ἔντα post Σεγηδαίων vel vocabulum ἐξ ante αὐτῶν (quod inseruit ipse Stephanus, cum scripsit vel potius scribi maluit ἐκ τῶν Σ.) vel tale quid, quo accuratius significaretur ratio partitiva, quae intercederet inter Κάρον et αὐτῶν Σεγηδαίων. Quam rationem, etiamsi 153, 26. 915, 10 aliis locis A. inseruerit τις, traditis verbis optime exprimi intellegemus, ubi comparaverimus locos 176, 13. 348, 23. 349, 5. 351, 1. 414, 6. 351, 20. 353, 3.

Quo accedunt loci, quibus genetivus partitivus dependeat a nomine proprio, nomen proprium ipse non sit: 46, 5 (οἱ Τηγύριοι δ' αὐτῶν) 229, 13 (ubi ἦσαν idem est atque „stabant“ cum 442, 4 genetivus etiamsi cum M. οὔτω in ὄτον mutemus non dependeat a Προουσίας, sed ab ἦν) 254, 19 (τῶν παιδῶν Γολόσσην) 364, 2. 477, 15. 547, 19. 681, 12 (ubi M. f. interpunctionis signum ponit ante Σπάρτακος. — Eiusdem paginae v. 16 quidni A. struxerit θεάν ἐπιδεικνύναι, qui 256, 16 scripserit θεάν ἰδεῖν? cf. 699, 10. 944, 27. 799, 9; idem vero recurrit 802, 20) 887, 21 (τῶν δημάρχων Σάλβιος Mfc. τις) 728, 2. 826, 22 (τῶν ἀνδροφόνων Δέκμος, Nfc. εἷς) 801, 12.

Jam e partitivis a substantivo dependentibus restant mentione digni hi:

275, 5 (μηδ' ὑποκρίνεσθε ἑλεῖν ἱερὰ καὶ ἐστίας καὶ ἀγορὰς καὶ τάγους ὧν τάφοι μὲν ἔστων ἀκίνητοι, cf. 1012, 12 ἀλλὰ τοῖς νόμοις καὶ τῷ κόσμῳ τῆς πολιτείας, ὧν οὐδεὶς νόμος οὔτε ἀριστοκρατικὸς κύριος οὔτε δημοτικὸς ἔτι ἦν) 402 16 (Ἰση δ' αὐτοῖς ἐν μέσῳ, διελὼν ἀνὰ χίλους καὶ ἑξακοσίους ἐς δέκα μέρη, καὶ τούτων ἐκάστου μέρους ἦσαν — ἄνδρες, Mfo. in τούτῳ) 1021, 8 (δύο δὲ ἀετοὶ καταπτάντες ἐς τῶν σημείων δύο ἀετούς) 1046, 2 (ὥσπερ τι μηγάνημα τῶν βαρυτάτων ἀνατρέποντες).

Omnino A. valde amat genitivum partitivum; quod respiciens mutandos esse negaverim, locos 735, 15 (Nfo. in ὧν οὐχ ἅπανιν) 406, 21 (Mfo. in οὐδενὸς οὐδ' ἐκείνοις ἱππέων ἠψιλοῦ παρόντος), 479, 13 (καὶ στρατηγῶν αὐτῶν ἦσαν μὲν καὶ κατὰ μέρος ἐκάστῳ, Mfo. αὐτοῖς et ἕτεροι, nam αὐτῶν dependet ab ἐκάστῳ, cf. Kr.² I. 33, 1 et Stich p. 154) 169, 14 (οἱ σὶν αὐτῷ δύο τῶν ἀλχμαλώτων, Mfo.) 607, 18 (ἔκτεινε τοῦ Παπίου περὶ ἑξακισχιλίους, τῶν ante τοῦ supplendum¹) 735, 20 (Musc., Mfo., τούτων enim pro genetivo partitivo dependet ab ἐκατόν, P. ἐπιβατῶν ab ἐκατόν τούτων pro genetivo qualitatis vel continentiae) 672, 4 (Mfo. in παρέπεμπον ἱερεῖς τε ἅμα πάντες καὶ ἱερεῖαι, κατὰ σφᾶς αὐτῶν ἐκάτεροι) 150, 24 (Schw. B. Mfm. παρὰ τοῖς ἐπέκεινα Κελτῶν) 410, 3 (ἀπέχεσθαι τῆς Εὐρώπης ὅλης καὶ Ἀσίας τῶν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου, Mfo.²) cf. Stich p. 153) 1146, 22 (Mfo. in λυμανεῖσθαι τινα τῶν Καίσαρος) 807, 25 (Mf. interpunctionis signum ponit post δυνηθέντων; τῶν ante τότε ne desideraveris¹) 847, 11 (δέος αὐτὸν ἐπέειχε καὶ ἄγνοια, εἴτε κοινὸν εἶη τῆς βουλῆς τὸ ἔργον εἴτε καὶ τῶν ἐργασαμένων ἴδιον καὶ εἰ δίκην ἤδη τοῖς πλείοσι δεδώκοιεν, ἢ καὶ τοῦδε εἶεν, ἢ καὶ τὸ πλῆθος αὐτοῖς συνήδοιτο. Bfc. ἢ καὶ δώσοιεν, Musc. ἢ ἐπὶ τοῦδε εἶεν, Schwfc. ἢ καὶ τοῦδε ἐν δέει εἶεν, Mfs., equidem verba ἢ καὶ τοῦδε εἶεν post συνήδοιτο collocaverim). Pro subiecto positum legimus genitivum partitivum 421, 4, pro obiecto 524, 1 (Mfo.).

In genetivo possessivo Mfo. 1058, 25 (ἀντιληφόμενος ἐκ τῶν ὑπὸ Καληνῶ τοῦ Ἀντωνίου κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὑπολελειμμένων, cf. Kr.² I. 33, 1 et Stich p. 154) in genetivo causae Schw.³ fo. 696, 11. (ἔμισθον ἐαυτῷ τῆσδε τῆς χάριτος pro διὰ τῆσδε τ. χ., cf. cum alios locos tum 29, 4 λυσάμενοι δὴ τοῦ χρυσίου), in genetivo explicativo 356, 3 (τέλος ἐπεμψε στρατοῦ πολλοῦ) Hoesch. N. Mfo., Schwrv. „validam armatorum manum“,

¹) cf. de articulo.

²) cf. de genere.

cf. 532, 8. 1016, 22 (Schwrv. „mentem reipublicae, amantem“ γνώμη δημοκρατικῆς διανοίας) 429, 5. 829, 12. 254, 15. 645, 6 (Mfo. in πρόσχημα τῆς παιδείδος). Comparando denique inter se servandi sunt loci 1072, 24 (τότε γὰρ δὴ γυναικίως τι παθοῦσα Mufc. γυναικεῖον τι, Schwrv. „muliebri quodam adfectu commota“, cf. 1109, 5) et 648, 2 καὶ μοι δοκεῖ τότε οὐ στρατηγοῦ παθεῖν ὁ Σκιπίων, Mrs. contra Musgravium.

Sed frequentissimus idemque, ut videtur, adhuc minime observatus est genetivus obiectivus, quo ita luculente usus est A., ut, si uniuscuiusque loci structuram solveremus, praeter merum accusativum et dativum omnes fere praepositiones, quae quidem cum substantivis coniungi soleant, nobis essent ponendae; quas homines docti revera haud paucis locis falso non solum desideraverunt sed etiam restituerunt; loci autem sunt hi:

157, 16 μάχης ἓνα καιρόν. 197, 12 Καρχηδονίων ἔχθει. 267, 8 μύσος πρέσβεων Schwfm. in μ. κατὰ πρέσβεων, Mrs. collatis Kr. § 47, 7, 3 et loco 148, 1, ubi στρατηγὸς Ἰβήρων legimus pro στρ. κατ' Ἰβήρων, qua Stephani coniectura repudiata Mrs. verba tradita collato Kr. § 47, 7, 3 et loco Appiano 311, 9 (ἐπιτεῖχισμα τοῦ λιμένος) Nifd. Ἰβήρων. Eodem pertinet locus 887, 2 (ἐς ἐπιτεῖχισμα τῆς πατρίδος).

Locum 683, 27 (τῆς τῶν πολεμίων ἤτις) Mrs. collato loco 259, 1, ubi τῷ Μασσανάσσον πταίσματι rs contra Musgravii coniecturam τῷ ἐκ M. πταίσματι.

470, 4 ἔλην τῆς ἀκαδημείας. Rfc. ἕλην ἐκ τ. ἀκ. 322, 3. ἐς τὸ Ῥωμαίων συμφέρον. 870, 11 σοῦ τῶν συμφερόντων ἔνεκα. 567, 23 κακῶν ἀντίδοσις, Schwfo.

854, 12 τῆς βουλῆς αἰδώς. 635, 18 αἰδώς τε θεῶν. 624, 7. οὐδενὸς ἔτι ἐς εἰδῶ τοῖς βιαζομένοις ἐμποδῶν ὄντος ἢ νόμων ἢ πολιτείας ἢ πατρίδος, Schwfv. „et nihil porro, non pudor, non fas, non reipublicae patriaeve amor, homines violentos cohiberet a facinore“; vertendum potius est „cum nihil eos impediret, quod pertineret ad pudorem legum, reipublicae, patriae“; post ἔτι supplendum est τῶν.¹⁾

433, 6 τὴν ὑμετέραν τοῦ μέλλοντος ἀμεριμνίαν.

287, 22 φόβον ἐμπεισσομένων. (Obiectivum genetivum non habemus 449, 22 ubi γέγονος adiectivum esse apparet e locis 249, 22. 358, 22. 375, 9. 957, 25. 1175, 13, substantivam est 942, 20. 853, 1. 242, 7 cet.)

545, 3 μέγα δικαιοσύνης καὶ πίστεως κλέος, Mfc. μέγα δικ. πέρι καὶ π. κλ.

339, 3 τοῦς ἐτέρων φεύγοντας, Bfc. ἐτέρωθεν, Mfc. παρ' ἐτέρων;

¹⁾ cf. de articulo et de coll. verb. et Kr.¹ ζ I. 33, 1.

φεύγοντας enim substantivum est, a quo dependet genetiivus obiectivus ἐτέρων.

871, 1 εὐνοία τῆς ἐμῆς σωτηρίας, Mfc. προνοία, cf. 839, 18 ἐς εὐνοίαν ἑαυτοῦ μετέβαλεν (ἐς c. acc. legimus 645, 3. 883, 15, dativum 1082, 16).

864, 6 ἡ στρατιὰ — καὶ ὁ οἰκετικὸς ἄλλος ὄμιλος αὐτῆς, Mfo. cf. 670, 14 καὶ ὁ ἄλλος αὐτοῦ στασιώτης λεώς; ἄλλος, ut saepius, non verendum est.¹⁾ Ceterum ad delendum αὐτῆς non valent loci 919, 14. 930, 21. 943, 23. —

893, 21 τὰ μεταστάντα αὐτοῦ δύο τέλη, Mfc. ἀπ' αὐτοῦ; quamquam eum defendere videntur loci 901, 6, 21. 896, 23. 905, 24. 909, 25. 920, 10; sed cf. 339, 3 173, 24 (τοὺς φοιτῶντας αὐτῶν = τ. φ παρ' αὐτῶν). 940, 1 (τὰ συμβαίνοντα τοῦ πολέμου, Nfo.).

897, 13 ἡγεμονίας ἐθνῶν. 868, 15 τῶν δὲ δημάρχων τινὸς ἀποθανόντος ἐς τὴν αὐτοῦ χειροτονίαν — συνέπρασε, Mu. Mfm. αὐτοῦ in ἄλλου, Schwrs., αὐτοῦ enim legitur = pro eo, in locum eius.

929, 19 τὰ πολέμια δόγματα Ἀντωνίου τε καὶ Λεπίδου = τὰ π. δ. κατ' Ἀντ. κ. Λεπ., B. Schwfm., Mrs.

935, 22 φιλίας ἐχθρῶν ἢ φίλων ἐχθρα, cf. 197, 12. 966, 7 ἔφευγε τῆς πόλεως, Cobfc. ἐκ²⁾. 969, 25 ἀνάθρεπτος αὐτοῦ Ῥεστίανος. 970, 12 ὡς ἀνδροφόνον ὀδοπόρου (Nfd.). 285, 16 σκάφας φρυγάνων, Schwf. f. desideravit ἐμπιμπλάντες, cf. 975, 6 ναῦν χρημάτων (Schwfc. γέμουσαν, Mfo.) 994, 20 τὸ ἔργον ἦν ἰσχύος καὶ δυνάμεως 1007, 3 νῆες — ναυτικωτέρων ἀνδρῶν (Mfc. ἐόντων) 1026, 25 τὰς πηγὰς γλυκείας τε καὶ δαψιλοῦς ἴδατος ἠῦμισκεν (cf. 547, 22). —

Inter se comparandi suntetiam loci 1017, 12 ἐς τοὺς ὑμῶν πολίτας. 1055, 6 Πολῖταιί τε ὄντες ἀλλήλων πολίταις τε οὖσιν αὐτοῦ. —

1034, 17 τοξεύματα πυρός. 83, 8. κινδυνεύοντι ὑμῶν τῷ Σικίῳ, Stfc. προκινδ. vel. κινδ. ἐπέφ, Mrs. 128, 21 ἀνάξενξιν τοῦ πολέμου Stfc. ἐκ τ. π, Mrs. 410, 14 ὅσα λοιπὰ τῆς συνθήκης ἔχει, Nfm. Mfo. 1063, 10 ἐρέθισμά τι τῆς ὕψεως, Nfc. ἐκ τῆς ὕψεως. 1070, 17 αὐτοῦ τῆς βαρίτητος (nisi αὐτοῦ, ut saepissime, idem est atque αὐτοῦ³⁾) 1075, 11 μετ' ἐξαπάτης Ἀντωνίου, cf. 1082, 21 τῆς ἐξαπάτης τῆς Βαρβατίου.

1084, 22 διχονοία τῆς Ἀντωνίου γνώμης, Mfc. διχονοία δι' ἀγνοίαν τ. Ἀ. γν. vel. διχ. καὶ ἀγνοία τ. Ἀ. γν.

1) cf. de signif. verb.

2) cf. de praep.

3) cf. de pron.

1096, 6 *συνπέπλεκται γὰρ οἷς ἄξιον ὑμᾶς παθεῖν τὸ προσήκον ὧν ἐμὲ δίκαιόν ἐστι ποιεῖν*, N. Mfo., Mufd. προσήκον.

1101, 3 *ἐλπίζων δὲ ἢ φίλῳ ἔτι ὄντι φυλάξειν* — sc. στρατιὸν — ἢ *πολεμοῦντος μεγάλην ἰσχὴν προσλήψεσθαι*, Schwrv. „si in amicitia permaneret, se ei illas copias conservaturum; sin bellum agitare, magno robore contra eum se auctum iri.“

1143, 5 *χειμῶνος ἐτεθνήκεσαν* Schwfc. *ὑπὲρ χειμῶνος*, 1146, 5 *ὡς ἐπὶ Μηροδώρου Θήραν*, Mfo. ceterum versu antecedente M. falso mihi videtur scripsisse *ἐκ τῶν ὀρῶν καταθρόντων καὶ καταθορόντων* Schw. recte *ἐκ τῶν ὀρῶν καταθορόντων*; nam scripturae V. et a ex antecedente ὀρῶν librarii errore videntur esse ortae.

Artius inter se cohaerent loci 644, 14 (*νίκης ἢ πανωλεθρίας μέσον*) 741, 19 (*τοῦ Πομπηίου τὸν Ἄλωρα ποταμὸν ἐν μέσῳ θέμενος*) 759, 25 (*ἐς τὸ μεταξὺ Φαρσάλου τε πόλεως καὶ Ἐνιπέως ποταμοῦ*). — Item loci 686, 19. (*ἔτι τῶν Σύλλα καὶ Μαρίου κακῶν ἀναφέροντες*, vHfc. *τῶν ἐπὶ*) 945, 7 (*κατὰ Σύλλαν καὶ Μάριον, ὧν ὁμοίως τὰ γνωριμώτατα τῶν κακῶν*, Mfo.) 722, 1 (*τῶν Μαρίου καὶ Σύλλα κακῶν*, Mfc. *τῶν ἐπὶ*), cf. locos 567, 7, 23. 720, 19 (Mfd. *κακῶν*) 808, 3. 821, 24. —

749, 11 *τὸν φόβον τῆς ἡττης*, Mfc. *ἐκ*. 588, 3 *κατὰ δόξαν εὐκαρτίας* 670, 16 *τὸ σφέτερον ἀδεδὲς ὧν τῷ Σύλλᾳ συννεπεπράχασαν*. 555, 17. *περὶ μόνας ἡττάτο τὰς τῶν γυναικῶν ἡδονάς*. 996, 15. *ἐλέφ τῆς πύλεως καὶ προμηθεῖα τροφῶν*, Mrs. contra Schw.

780, 15 *κατὰ δόξαν τῶν ἐπιόντων τοῦ τε πλήθους καὶ ἀρετῆς μάλιστα τῶν Νομάδων ἱππέων*, Mfo. Zippel fc. *τοῦ τε πλήθους τῶν ἐπιόντων*, cf. 787, 15 *κατὰ δόξαν τῶν πολεμίων τοῦ τε πλήθους καὶ ἀσκήσεως* (Nfo.)¹⁾

794, 16 *ταύτης δὲ σκοπῶν ἡγοῦμαι τῆς προσθήκης ἀφορμὴν λαβεῖν ἐγχειρήσεως*; Schw. Mfc. sententia inest haec: „quaerenti (σκοπῶν A. V!) mihi videntur ab illo additamento (i. e. a regis nomine) occasionem (non >causam<) petiisse aggrendi operis“ (interficiendi Caesaris). *ἐς c. acc. legimus* 754, 25, ubi Mfd., v. Hfc. *ὡς προσθήκην ῥοπήν*) 607, 2 *Νουκερίας τὰ ἐν κύκλῳ*. 821, 3 *διαβαλλόντων ἡμᾶς ἐς αἰτίαν ἀπορίας εἰρήνης ἀσφαλοῦς*.

668, 3 Mfo.; *ἀφόβως ἐτέρων* = *ἀνευ φόβου ἐτέρων* = ceteros non timentes.

Extaret denique genitivus obiectivus 875, 9, nisi verba *τῆς βουλῆς e versibus* 10. 11 irrepissent, cf. 880, 8 (ubi *τῆς προφάσεως* non depen-

¹⁾ cf. de articulo.

det nisi ab *ἐπιβαίνοντες*, cf. 885, 18) 900, 14. 915, 22! 982, 28. 860, 1. Schweighaeuseri certe versio „ut specie aliqua uterer apud senatum“ caret exemplis.

Genetivo autem opus non est 411, 26 *ὡς ἐπὶ χρηστώ* (pro *χρηστῶν*, quod Mfc.) *δὴ συνειδῶσι*, cf. 301, 3 *τοῦ πλέονα* (pro *πλέονων*, quod Mfc.) *τὴν ὄψιν ἐμπτοιεῖν*.

3^o) De dativo.

Dativum A. pro *ἐπό* c. gen. coniungit cum verbo passivo 166, 2 (*τοῖς ἱππεῦσι κεκυκλωμένοι*). 571, 13. 1088, 10. 606, 19. 819, 7. 284, 5 (cf. v. 6.) 907, 2. 96², 6. 1091, 6 (cf. 1090, 21. 1091, 12. 1093, 5, ubi habemus *ἠττήσθαι ὑπό*), cf. Kaelker p. 279, Stich p. 155.

Omnino dativus quoque nonnusquam merus extat, ubi Attici ponere solent praepositionem (cf. Stich p. 154):

316, 9 *ὅσα τοῖς μυχοῖς τῶν οἰκιῶν ἐκέκρυπτο*, Nfc. *ἐν*, cf. Krebs¹ p. 75, 7a.

257, 26 *ὄχλος ἀνθρώπων Λιβύῃ* (pro *ἐν Λιβύῃ*) *θέρους* R. Schwfc. 409, 25 *οὐχ ὑβρίζομεν ταῖς εὐπραξίαις*, Stfc. *ἐν*, idem exhibet Thucyd. I. 84, 2, cf. Kr. § 48, 15, 5.

468, 2 *σφίσι προφέροντες*, Mfo., *σφίσι* = contra eos. 821, 23 *πάνθ' ὁ Καῖσαρ ἦν ἅπασιν*, Schwfc. *ἐν ἅπασιν*. 942, 20 *ἐδεδοίκεσαν — χωρίων γείτονας ἐπιθυμιὰ τῶν χωρίων*, Mfo. Schwrv. „a vicinis contigua praedia adpetentibus“, cf. 598, 16 (*πόλεμος ἐπιγίγνεται — τὰς στάσεις ἐν Ρώμῃ σβέσας ὑπὸ δέους ἐπὶ πολὺ*) et 317, 10 (*ἔνθους ἅπαντας ἐποίησαν καὶ ἀμελεῖς τῶν ὀρωμένων ὑπὸ σπουδῆς*), quo loco Mfd. *ὑπὸ σπουδῆς*. 1036, 8 *τῶδε* pro *ἐν τῶδε*, quod Mfc.; *ἐν τῶδε* v. 6, si minus „interim“ significat, at certe nihil probat. 647, 19 *τῇ καταλήψει* (pro *ἐπὶ τῇ κ.*, quod Schwfc.) *ἔχοντες ἐν αἰτίαις*. 711, 20 *ὑβρίζειν βραχεὶ διαστήματι χρόνον*, Mfc. *ἐπὶ*. 342, 18 *τῶν γεγονότων Περσεῖ*, Schwfc. *ἐπὶ Περσεῖ*. 1091, 22 *εἶπεν ἅπασιν* pro *εἶπεν ἐν ἅπασιν*, Schwfo. 568, 15 *καταστήσαιο αὐτῇ τοὺς βασιλέας*, Mfc. *ἐν αὐτῇ*, cf. Sch. p. 175. — 1056, 12 *στρατηγοῦ μὲν οὐδενός ὄντος ἐπὶ πᾶσιν ὥσπερ ἐκεῖνοις* Schwfc. *ἐκεῖνοι*, Mf. *ἐκείνων*¹⁾ 393, 13 *τισιν αἰτίαις* pro *ἐπὶ τισιν αἰτίαις*, quod Mfc. 905, 15 *ἀρετῇ διαφέρει*, Mfo., cf. 862, 4 *ἀρετῇ τε οὐσαν ἀρίστην*. 584, 19 *μεῖζονι χάριτι διοισομένους* Schwfc. *ἐπὶ*. — 270, 11 *χρησιμοῖς μετὰ θεῶν συναφισμένης*, Rfc. *χρ. τε θεῶν συναφ.*, cf. 625, 15. 79, 6. 76, 1. 736, 21. 768, 15. 1008, 3. —

¹⁾ cf. de genere.

1107, 5 παντὶ δὲ ὧν ἔτι κρείσσων, Bfc. πάντως. 29, 15 καταθέσθαι Ῥωμαίους χάριν (cf. Thucyd. I. 33, 1. I. 128, 3. Herod. 6, 41. Hen. Cyr. 8, 3, 26. Dem. 59, 21.) 401, 2 τὸν — ποταμὸν ἐν προβολῇ τοῖς πολεμίοις ἐτίθετο, Mfo. — cf. etiam 1010, 17. 904, 11. 853, 25.

In dativo commodi Mufo 478, 17 (ἐξέλειπεν αὐτοῖς τὰ τεῖχη, cf. 198, 17. 236, 7 cet., in ethico 612, 9 (χρονίου δ' αὐτῆ — οὐσης πολιορκίας) et 348, 6 τὸν λοιμὸν σφίσι περιφέροντες (Mfc. ἐν σφ. π. vel σφίσι συμπεριφέροντες), cf. 614, 5. 293, 23.

A substantivis (cf. Kr. § 48, 12) dependet; 537, 20 φίλους ἢ πολεμίους Ῥωμαίους (cf. 910, 10) 556, 6 φίλον καὶ σύμμαχον Ῥωμαίους. 993, 2 φιλίαν τε Ῥωμαίους προφέροντες. 1071, 19. ἔχθραν κοινήν Ῥωμαίους. 877, 24 ἐς ἀλλοτριώσων τῶν κληρουχιῶν Καίσαρι. 1045, 16 τὰ μὲν σώματα αὐτοῖς ὑπέξεφερέτο, quibus in locis Mfo.; praeterea 854, 7 πρὸς αὐτοῦ σοι Καίσαρος (Schw. Mfo.) 854, 1 ἐς ἀκριβέστατον φίλον Καίσαρι 1050, 11 ἐς συμμαχίαν αὐτοῖς ἔπεισαν. 242, 7 τῶν γὰρ γειτόνων ἡμῖν. 989, 17 ὁ δὲ λεὼς ἐμεγαλοφρονεῖτο, ἐπεὶ οἱ καὶ παλαιῶν ἔργων πρὸς οὐχ ὁμοίους ἄνδρας ἐμνημόνευον, Schwfd. οἱ vel. σφίσι s. αὐτοῖς legebat vel ἐμνημόνευε, Mfo. Cobfc. ἐπι οἱ; equidem tradita verba retinuerim, imprimis fretus usu Herodoteo, cf. K. II § 424, 4, c., p. 375 nisi οἱ, quod utique singularis numerus est¹⁾, dependet a supplendo γενομένων, cf. 656, 16²⁾).

Ab adiectivis adverbisque dativus dependet 237, 24 (ὡμῖν ὅμοια) 605, 13. 617, 1. 915, 20. 928, 6. 933, 13. 882, 25. 905, 14. 1019, 7. 1091, 17. 1098, 8, quos locos non enumerarem, nisi eandem constructionem censerem restituendam esse loco 570, 7 (ἐπιτυχῆς ἐς πάντα καὶ φοβερὸς ὧν γένος ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ διαδοχὴν τὴν ἐπικρατοῦσαν ὁμοίως ἐπ' ἐκείνῳ κατέλειπεν, Mufc. ἐπ' ἐκείνων Mfc. ἔτι pro ἐπὶ) deleto ἐπ', quod ortum esse videtur e dittographia syllabae ἐκ (εἴνω). 922, 25 nihil probat; ceterum cf. etiam 945, 11 et 832, 1³⁾).

νόμου και τῆς ἀρχῆς; explicatur partim attractione quadam, maximam partem scriptoris negligentia, quod concedet, quicumque consideraverit, usu venire etiam contrarium, ut in adverbiiis. Loci autem illuc pertinent 37, e quibus 14 Mafo.; cf. etiam 937, 4 *εἰ μὴ Πέδιος αὐτοῦς . . . ἐπήλπιζε, περιμείναντας, ἐς ἔω τὰ ἀκριβέστατα μαθεῖν*, ubi *ἐς ἔω* pertinet ad *μαθεῖν*. 827, 7 *καὶ μετὰ βοῆς καὶ πομπῆς ἐπὶ τὰ ἔμβολα προυτέθη*, Mr. confert 671, 11. — Loco 617, 13, ubi legimus *ἔθους δὲ χρονίου τοὺς τόκους βεβαιούντος, οἱ μὲν κατὰ τὸ ἔθος ἦτουν, οἱ δὲ οἶον ἐκ πολέμων τε καὶ στάσεων ἀνεβάλλοντο τὰς ἀποδόσεις*, post *στάσεων* equidem suppleverim *ὄντες*. —

Idemprehendimus in attributo tribus locis: 483, 14 *στρατιῶν δ' ὁμως ἄλλην ἀπὸ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐθνῶν ἀπάντων . . . συνέλεγεν* (cf. 173, 15) 607, 1 *καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν* — sc. *τῶν πόλεων* — *αἰχμαλιώτους τε καὶ δούλους ἐστράτευσεν*. 232, 5¹⁾.

Contrarium exhibent loci 33, 19 *δυσὶ δόρασιν ἐς τὴν γῆν ἐμπειηγόσιν ἐπικάρσιν ἄλλο ἐπιθεῖς, ἐξέπεμπε Ῥωμαίων ἕκαστον ὑπὸ τοῦτο* Mfc. *τοῦτο*. 5²⁾, 23 *ἐπὶ τὴν ἐς Ῥώμην στάσιν ἐπειγόμενος*. 680, 22. 933, 5 (quibus Mfo.). 846, 3.

Altero loco mihi est commemorandum, valde amare Appianum verba simplicia²⁾, cf. 258, 15 *ἔπεμψεν* pro *ἐπέπεμψεν*, 555, 13 *χίλια στάδια τῆς ἡμέρας . . . δραμεῖν*, Mfc. *διαδραμεῖν*, quales locos inveni 87, e quibus 83 Mafo. Neque tamen non extant loci, quibus composita legamus, expectemus simplicia 29, e quibus 20 Mafo., cf. 542, 18 *ἐνηγγία* pro *ἡγγία*. 772, 1 *συγγνώμην ἐπεδίδον* pro *σ. ἐδίδον*. 936, 22. 1003, 11. 353, 24. 593, 19 (cf. 697, 21). 338, 2 cet.

Qualis inconstantia apparet etiam e locis 27, 11 (cf. 1072, 8), ubi extet *αἰτίαν φέρειν*, et 413, 15 (cf. 302, 8). 1115, 20, ubi extet *αἰτίαν ἀναφέρειν* (cum 1094, 14 legamus *αἰτίαν μεταφέρειν*) inter se comparatis.

Quod cum ita sit, ne in eis quidem offendendum est locis, quibus praeter praepositionem cum nomine coniunctam seu eandem seu aliam praepositionem inusitatius et abundantius cum verbo invenimus compositam, quod 27 locis observavi, e quibus 14 Mafo.; cf. 232, 15 *δυνηθέντων σὺν αὐτῇ συνανῶσαι τὸν δρόμον*. 465, 9 *πνεῦμα Καυνηκὸν ἐμπεσὸν ἐς αὐτὰς* — sc. *τὰς ὀλκάδας* — *ἐς Ῥόδον παρήνεγκε*³⁾. 584, 14 *καὶ τότε, ὃν τηλιοῦτον, οἷα πάρεργον ἐπὶ τῇ Γράκχου στάσει συνέπεσεν*, ubi verba

1) cf. de articulo.

2) cf. Sch. p. 174.

3) cf. de ellipsi.

ἐπὶ τῇ στάσει non pertinent ad *συνέπεσεν*, quod idem est atque „accidit“¹⁾, sed ad *πάρεργον*) cet., quos locos cum respicio, nescio an falso 570, 7 deleverim ἐπ’²⁾).

Eadem cum varietate, inconstantia, negligentia A. utitur singulis praepositionibus; quas cum hic mihi tractandas esse non proposuerim, hoc tamen commemorem, saepissime extare commutationem praepositionum et per se positarum et in verbis compositis sive Appiano sive librariis attribuendam; nam pro locorum numero et ratione et pro voluminum Appianeorum amplitudine utrumque vereor ne possit statui.

22) De coniunctionibus.

De coniunctionibus particulisque quae proferrem, digna mihi visa sunt haec:

In usu particulae *καὶ* abundantiam quandam ostendit A., quae quod homines doctos videtur fugisse, eo magis miror, cum hoc omnibus fere recentioribus Graecis sit commune; loci autem huc pertinent permulti.

Ac primum quidem *καὶ* nonnusquam bis ponit ita ut alterum altero augeatur, cf. 109, 3 *καὶ τινῶν πρεσβενομένων ἐς αὐτὸν καὶ θελότων βεβαιοῦν καὶ ὅσα Ἀτιλίφ . . . συνθέμενοι παρεβεβήκεσαν*, Mfd.; 396, 15 *ἐνεδρεῦν καὶ ἀεὶ τι καὶ ἐνοχλῶν*, Schwrm.; 25, 11 *καὶ ἀπήνησεν αὐτῷ καὶ τότε οὐ πολὺ ὕστερον*, Mfd., Hilberg fc. *καὶ αὐτῷ*; quales loci extant 29, e quibus 8 Mafo., cum r. addiderit locum 972, 1, *καὶ* desiderans post *εἰρήνης*; quo, si recte conicio, accedit locus 205, 1, ubi verba *ὑποκρίνασθαι τε Μασσανάσιην καὶ ἐς φίλιαν ὑπαγαγέσθαι* ferri non possunt; significant enim, quod recte animadvertit Schw.²⁾ „Massinissae personam induere“, quae vis ut semel, 956, 21, inest in vocabulo *ὑποκρίνασθαι*, ita hoc loco non quadrat. Ceterum tribus praeterea significationibus A. utitur verbo *ὑποκρίνεσθαι*: prima respondendi 48, 8 (Schwrm.?) 340, 17 (Mrm.?), altera causandi 922, 6. 344, 14; tertia et ea creberrima simulandi³⁾ (47 locis, e quibus 5 absolute, 3 cum accusativo); quae significatio loco 205, 1 quoque sine dubio requiritur. Schw. autem et eum secutus

1) cf. de verb. signif.

2) cf. de dat.

3) Loco 465, 4, quocum rem spectanti comparandi sunt loci 484, 25 et 485, 6, nisus lectione Candidi — qui tum addidit e Latino sermone — inter *οὐδὲν* et *ὑποκρινάμενος* inseruerim *ιδεῖν*, quod pro scripturae similitudine post *οὐδὲν* facile potuit intercidere, facilius certe quam, quo Mu. explevit lacunam, *φροντίζειν*. Nauckii vero mutatio a traditis verbis longius recedit.

M. quod scripserunt *ὑποκρίνασθαι τε καὶ Μ. ἐς φιλίαν ὑπαγαγέσθαι*, sanarunt illi quidem locum, sed ita, ut equidem desiderem aliquid, et elegantiae et sententiae. Multum enim interest inter Carthaginiensium illam simulationem et Massinissae amicitiam. Ego certe, si verba scriptoris non legissem nisi ad vocabula *ὑποκρίνασθαι τε* (quae idem sunt atque *ὑποκρινάμενους*), non tam amicitiam (*φιλίαν*) futuram esse exspectarem quam ipsam pacem (*ἡσυχίαν* vel *εἰρήνην*). Quo cum accedat quod facilius, ni fallor, ante *Μασσ.* potuit intercidere vocabulum *καὶ*, quam ut commutarentur inter se *καὶ* et *Μασσανάσσην*, equidem inter *τε* et *Μασσ.* inseruerim alterum vocabulum *καὶ*, respiciens cumulationem illam supra exemplis firmatam (quae ipsā pagina 205 recurrit v. 16).

Deinde etiam non admissa cumulatione A. *καὶ* particula saepius ita usus est, ut prorsus superflua videatur esse, nisi quod nonnunquam verti potest per „ipse“ aut commutari cum *δή* vel *περ*, cf. 242, 25 *δὲ αὐτὸ μέντοι καὶ τοῦτο μᾶλλον ἔτι φειδοῦς ἀξία*. 621, 10 *καὶ τοῦτο . . . εἰπὼν ἐπήγγελλεν ὄμως, εἰ θέλοιεν . . . συναγαγεῖν, καὶ πράξειν ὃ, τι ἂν βουλευομένους δοκῇ*. 369, 5 *ὄμηρά τε δόντες ἑπτακοσίους παῖδας, οὓς καὶ ὁ Καῖσαρ ἦται*; quales locos legi 23, e quibus 15 Maf.

Ne videtur quidem superflua esse 884, 23 *τῷ Καίσαρι δ' ὁ στρατὸς πελέκεας . . . προσυγαγόντες, ἠξίουν ἑαυτὸν ἀνιστράτηγον ἀποφῆναι πολέμου τε ἡγεμονεύοντα καὶ σφῶν ἀεὶ ὑπ' ἄρχουσι ταχθέντων*, ubi Mfd. *καὶ*, Schw. commate posito post *ἀποφῆναι*, non posito post *ἡγεμονεύοντα*, vertit „ut propraetorem se ipse renunciaret atque eo titulo et bellum administraret et ipsos duceret, adsuetos parere magistratibus“. 963, 18 *ὁ δὲ πολὺς ἐς Σικελίαν ἦει, γειτονεύουσαν τῆς Ἰταλίας, καὶ Πομπηίου σφᾶς προθύμως ὑποδεχομένον*, Mfo. in *καὶ*, participia causam continent, cf. 1006, 11. — 1029, 22 *ἦγεν . . . σιδήρια φέρων καὶ κλίμακας, ὡς ἐξελὼν αὐτὸ — sc. τὸ διατείχισμα — καὶ παροδείσων ἐς τὸ τοῦ Κασσίου στρατόπεδον*, Mfd. *καὶ*, Cv. Latine magis quam verbo tenus „quasi effracto vallo in castra eius irrupturus“, cf. 1131, 23 *ὁ δ' οὐκ ἐπέθετο, Καλαίσιον περιμένων, καὶ λέγων οὐκ εἴβουλον εἶναι τὸ ῥήσιν κίνδυνον*, Mfd. *καὶ*.

Saepe porro *καὶ* significat etiam vel adeo¹⁾, cf. 336, 5 *Ἀρθεταρον δ' ἐν Ἰλλυριοῖς δυνάστην καὶ ἔκτειεν ἐπιβουλεύσας*, Schw. Mfm. Nfd.) 494, 5 *ἐσενέγκη δὲ καὶ τὴν δαπάνην τοῦδε τοῦ πολέμου*. 747, 11 *Καῖσαρος δ' αὐτοὺς περιθέοντος τε καὶ σὺν ἐνείδει μακρὰν ἔτι τὸν Πομπηίου ὄντα ἐπίδεικνόντος, καὶ ἐφορῶντος τὰ σημεῖα ἀπερρίπτουν*,

1) cf. Kaelker p. 286, b.

Schwfm.¹⁾. Mu. Roscher fc., Sch. f. probat Roscheri coniecturam; *καί* enim significat vel, quod recte statuit M.³; idem recte dixit, *αὐτοῦ* non in-
serendo, sed intellegendo esse supplendum; cf. 367, 14. — 767, 17 *Κερκίρας*
μὲν καὶ τότε καὶ Λιβύης ὑπερεΐδεν, Mufd. 824, 2 et 1073, 22 Nfo ;
cf. etiam 1094, 6.

Καὶ cum *ἴσος, ὁμοῖος* etc. coniunctum invenimus 586, 15 (*τοὺς δὲ*
βουλευτὰς ἴσα καὶ ὑπηκόους ἐποίει) 665, 10. 600, 4 (cf. Soph. O. R.
1187); pro *καίπερ* cum participiis 676, 3 (*ἐβαρυσθῆμει τε καὶ ἐπ' ἀργίας*
ἦν, καὶ ταῦτ' ἐπιτωθαζόμενος ἐς τὴν ἔλαφον ὑπὸ τῶν πολεμίων,
Schwv. „neque ipsorum hostium — — cavillationes curabat“) 875, 7 (*ὄν*
ἐγὼ καὶ θρασύτερον εἰδὼς τὴν Κελτικὴν ἀφηροῦμην, Schwfv. „audaciorem
reliquis“; post *θρασύτερον* equidem suppleverim non *ὄντα*, sed *ὄν*, cf. 875, 13)
699, 19. 718, 22. 883, 22. 948, 26. 1161, 18, pro *ἦ* 46, 17. 521, 19. 936, 5.

Πολὺς denique cum adiectivo, quo pertinet, modo coniungitur par-
ticula *καί*, modo non coniungitur, cf. 267, 23 *λέγοντες οἰκτρὰ καὶ πολλὰ*,
Schrs. contra vH. 371, 7 *πολλὰ καὶ μεγάλα δράσας*. 978, 22 *πολλὰ καὶ*
ἄλλα παραλιπόντι. 1181, 7 *ἀρίστους τε καὶ πολλοὺς*. 767, 8 *πολλὰ καὶ*
λαμπρὰ (cf. 183, 8 *ἀπίστω καὶ κατηγορῶ*. 945, 3 *τὴν δυνατωτάτην καὶ*
τοσοῦτων ἐθνῶν . . . ἡγεμονίδα, Mfo. 965, 9 *Μεσσήλας δὲ ἐπιφανῆς καὶ*
νέος ἐς Βροῦτον ἔφυγε, Cob. Mfo.); non coniungitur 206, 20 *καὶ πολλὰ*
δευὰ πάσχουσιν, Mrs. contra Schw. 521, 15 *τοπάζουσα πολλὰ ἀτοπώ-*
τερα, Mfo.

In *τε* quoque particula utenda negligentiam quandam et incon-
stantiam prodit A.; modo enim prorsus superflue eam videtur ponere,
cf. 391, 13 *αἶ δ' ὡς μῆ, σὺν καταφρονήσει χεῖράς τε σιδηρᾶς ἐπέβαλον*,
καὶ συννεστηκῶτων τῶν σκαφῶν ὁ ἀγὼν ἦν ὥσπερ ἐν γῆ. 957, 4 *ἦ τε*
κόμη τοῦ δόνακος σαλευθεῖσα ἐνέφηγε τὸν Οὐᾶρον, καὶ ληφθεὶς ἔλεγεν
εἶναι ληστής, quales loci extant 13, e quibus 11 Maf., modo ita omittit,²⁾
ut eam desideremus, quod inveni 22 locis, e quibus 18 Maf.; cf. 644, 7
βαρυντάτη καὶ ἀφανεῖ ἔχθρα. 810, 19 *Θεασάμενοι δ' αὐτὶν τινες τῶν*
ἀδεκάστων καὶ τῶν ἐστρατευμένων . . . ἔβαλλον. 234, 6 *οἱ τὸ κρηκεῖον*
ὑψηλὸν ἔστησαν ἐπὶ τῆς πύρας καὶ τὰς χεῖρας ὄρεγον, cet.

Neque tamen utrumque rarius usu venit, quam ut tradita verba
singulis locis liceat retinere. Falso certe *τε* desideravit Mu. 708, 19, ubi
νοσεῖν non ab *ἐδόκει* dependeat, sed ab *ἀρξάμενα* (cf. 12, 21). Magnopere
vero primo obtutu offendit *τε καὶ* 1030, 16 (*βαλλόμενός τε καὶ χαλεπῶς*)
quod tamen recurrit 1156, 15.

¹⁾ cf. de ellipsi.

²⁾ cf. Kaelker p. 287.

Non magis mutandi sunt loci, quibus τε, ab initio positum, usum non respicienti videatur esse mutandum in δέ, cf. 172, 2 *κάπρον τε αὐτοῖς ἐπὶ ξύλων ἐπιθεῖς ἦκε νυκτὸς ἐπὶ τὰς πύλας.*

137, 22 οὕτω μὲν ὁ Σκιπίων ὄδε πρῶτος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, περιτείχισε πόλιν οὐ φνγομαχοῦσαν. τὸν τε Λόριον ποταμὸν , ξεῦξαι μὲν οὐκ ἐδύνατο, Mrs. contra Schw., cf. Schw.¹ p. 321. — 453, 20 ἃ μὲν . . . ἔφερε, ἠκούσατε. ἃ δὲ . . . ἔβλαπτεν, ὀρῶντες ὑπερβίθετε. φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν ἡμῖν προσφέρουσιν ἀπεκρίνασθε, Nfc. δὲ, cet. cet.

Omnino cum multas tum has particulas videtur inter se confundere A., quare ne locis quidem 1, 12 et 1171, 23 δὲ cum M. mutandum esse in τε pro certo affirmaverim.

Locis denique 829, 10 (*τοιῶδε εἰπὼν τὴν ἐσθῆτα . . ἀνεσύρατο, καὶ περιζωσάμενος . . . τὸ λέχος . . περιέστη, κατακύνπτων τε ἐς αὐτὸ καὶ ἀνίσχων . . . ὕμνει, Mfc. καὶ κατακύνπτων γε*) 77, 16. 560, 24. 1040, 8 aliis καὶ exspectamus, legimus τε (cf. 671, 17 Mrc.?)

Haec habui quae proferrem de particulis καὶ et τε²⁾. Sed priusquam pergam, hoc adiungam, loco 646, 9—11 (*μηκος δ' αὐτοῦ — sc. τοῦ πολέμου —, διὰ τε τὸ μέγεθος τῶν ἔργων, σὺν ἐπιείξει ὡς ἐπ' ἐχθροῦς ἰδίους ταχυνόντων, οὐ πολὺ ὡς ἐπὶ τοσοῖσδε ἔργοις ἐγένετο*) Schw. et M. ita mihi videri recte offendisse in τε et in ἔργοις et in asyndeto, ut eas offensiones simplicissime censeam deleri deletis verbis *διὰ γε τὸ μέγεθος τῶν ἔργων*, quae nescio an adscripta fuerint aut ad interpretanda verba *ὡς ἐπὶ τοσοῖσδε ἔργοις* aut pro varia horum lectione.

Particula ἢ disiunctiva³⁾ pro καὶ legitur non solum in enuntiatis negativis (541, 10 Nfm.⁴⁾ 1050, 15 Mfm., cf. 624, 7. 482, 2. 398, 17. 823, 19. 855, 27. 1055, 2), sed etiam alibi saepius, cf. 25, 23 *καὶ ταῖς δημοκοπίαις ἐπαιρούμενος ἐβούλευσεν ἤδη χρεῶν ἀποκοπὰς κοινὰς, ἢ τὸν δῆμον ἠξίον τοῖς δανείσασιν ἀποδοῦναι.* 635, 23 *ἐς ὄψεις ἐτρέποντο ἀθελίστους, κιννύντες τε ἀηλεῶς καὶ περιτέμνοντες ἀχένας ἀνδρῶν ἤδη τεθνεώτων, καὶ προτιθέντες τὰς συμφορὰς ἐς φόβον ἢ κατάπληξιν ἢ θάνατον ἀθελίστων,* Schfc. καὶ. 974, 12 *Σίτιος μὲν δὴ πρῶτος ἢ μόνος ἀνδρῶν ὕδε . . ἐφυγαδεύετο,* vHfc. καὶ. 1066, 15 *οἳ τε νέοι καὶ γέροντες ἢ αἱ γυναῖκες,* Schwv. „mulieresque“; quales loci extant 19, e quibus 10 Mafo. — Ceterum 567, 20, ubi legimus *τοσοῦτον ἦν ἄρα τοῖς ὀρώσιν ἔτι τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ δέος, ἢ τῆς ἀποθέσεως κατάπληξιν, ἢ τῶν εὐθυνῶν τῆς*

1) cf. K. II. p. 787, 3. Kaelker p. 286.

2) cf. de coll. verb.

3) cf. Kr. § 69.

4) cf. de neg.

ἐπαγγελίας αἰδώς, ἢ ἄλλη φιλανθρωπία, καὶ λογισμὸς ἐπὶ συμφέροντι τὴν τυραννίδα γενέσθαι, Nfc. καὶ vel ἢ καὶ λογ., δέος enim et κατάπληξις et αἰδώς et φιλανθρωπία sunt varia sensus genera, λογισμὸς autem pertinet ad mentem. Neque enim pro vocabuli ἄλλη (quod non vertentes optime vertamus) significatione illa ¹⁾ dubitandum est, quin, si ἢ λογισμὸς scripsisset A., legeremus ἢ φιλανθρωπία ἢ ἄλλος λογισμὸς. —

Quo accedit locus 14, 8, ab hominibus doctis satis vexatus; de quo quid iudicem, data occasione iam proferam. Vaticani igitur scripturam ὧδε μὲν ἐς βίβλους ἕκαστα τῶν ἐθνῶν ἢ στρατηγῶν τὰ ἐμφύλια διήρηται quod emendavit Schw.¹⁾ (p. 133) ita ut „sententia et ratio grammatica flagitabant“, cum scripsit ἕκαστα τῶν ἐθνῶν ἢ ἐς στρατηγούς τὰ ἐμφύλια, διήρηται, M.²⁾ contra eam emendationem his verbis disputavit: „at vero nec ἢ hic locum habet — καὶ enim necessario requiritur“ (quod vertendo significavit Schw.) — „nec articulus abesse potest sicut recte paulo ante cap. 14“ (quo ipso loco Schw. nisus est ad commendandam praepositionem ἐς!), „scriptum est: (τὰ ἐμφύλια) ἐς τοὺς στρατηγούς τῶν στάσεων διήρηται.“ Quibus disputatis M.²⁾ ipse proposuit recipiendum esse καὶ ἐς τοὺς στρατηγούς τὰ ἐμφύλια.

Quam coniecturam ne ipsam quidem ego probaverim; puto enim hunc locum omnino non illo mendo, quod investigasse sibi visi sunt homines docti laborare, sed servata Vaticani scriptura eicienda esse verba τὰ ἐμφύλια.

Ac primum quidem ideo mihi non placet scriptura a M.²⁾ proposita, quod A., ubicunque ὧδε particula antecedentia²⁾ comprehendit, comprehendit ita, ut nihil iam addat, quo explicando aut iterando recurrat ad ea, quae supra leguntur, aut minuat vim particulae ὧδε.³⁾ Locus autem 13, 24 mihi videtur non modo ad adiuvandam Schw. aut M. coniecturam per se nihil valere, sed potius induxisse lectorem quendam aut librarium, ut ad explicanda verba ἢ (sc. ἕκαστα τῶν) στρατηγῶν otiose sive in margine sive in ipso contextu adscriberet τὰ ἐμφύλια, cum loci sententiam, ut vernacula lingua utar, recte hunc in modum intellexisset „So (auf die eben, p. 12, 13 — 14, 7 beschriebene Weise) ist also die ganze Geschichte der Völker, beziehungsweise Feldherrn eingeteilt.“

Qua ex versione apparet, ni fallor, eiectis verbis τὰ ἐμφύλια requiri neque καὶ neque τῶν ante στρατηγῶν. Sed ex omnibus id maxime me

1) cf. de signif. verb.

2) cf. de pron. et K. II. p. 556 sqq.

3) cf. locos 172, 10. 378, 4. 402, 10. 412, 22. 416, 13. 447, 1. 452, 14. 455, 8. 485, 25. 515, 14 cet.

offendit in Schw. et M.² coniecturis, quod speciem praebent, quasi ipsa bella civilia ἐς βίβλους divisa non fuerint.

Quale iam evadit discrimen! Nonne potius exspectamus: „ὦδε μὲν ἐς ἔθνη τὰ μὲν ἄλλα, τὰ δ' ἐμφύλια ἐς στρατηγούς διήρηται“?

Quod frustra exspectamus, quia omnino antecedentia non expresso illo discrimine repetere voluit A., sed comprehendere vocabulo ὦδε ita, ut diceret: „Hoc modo, quem descripsi (hoc divisionis fundamento nisus) res gentium imperatorumve in libros divisi“, quae cum legisset interpolator, „res imperatorum“ explicavit additamento τὰ ἐμφύλια.¹⁾

Sed iam redeamus ad particulam ἦ; quae pro comparativa sola nonnunquam legitur, ubi exspectamus μᾶλλον ἦ; 751, 13 ὅλως τε κάμνουσιν αὐτοῖς ἐδόκει δρᾶν τι ἢ μετ' ἀργίας λιμῶ διαφθαρήναι. 829, 2 ἐν ἀκμῇ μεγάλων ἐστὶ κινδύνων ἡμῖν τὰ μέλλοντα ἢ τὰ ὄντα, Schwfo. 1036, 25 μηδὲ βραδυτῆτά τις ἠγείσθω τὴν ἐμπειρίαν ἢ ταχυτῆτα, Schwrs. ἢ ταχ. contra Mu., Mfd. 662, 11 δοκοῦσί μοι παρασκώπτοντες ἢ ἐκμειλισσόμενοι τὸν ἄνδρα ἐπιγράψαι, Schwfo. μᾶλλον ἦ; cum 835, 19 exspectemus ἄλλο ἦ, 852, 13 (Stfm.) ἄλλοθεν ἦ Postpositum legimus μᾶλλον 886, 3. 1171, 6. 846, 13 (Mfo. in ἠγάπων δὲ ὅμως Δολοβέλλαν ἔχειν τὸν στρατὸν Ἀντωνίου μᾶλλον); μᾶλλον ἀλλὰ pro μᾶλλον ἦ extat 899, 5 (Nfo.), αἰρεῖσθαι πρὶν pro αἰρεῖσθαι ἦ 937, 2 (cf. 934, 24), ἀλλ' ἦ denique legimus 1032, 8, πλὴν ἦ 1015, 12.

Particulam μὲν²⁾ quoque 19 locis desideramus (e quibus 18 Mafo.), cf. 641, 9 καὶ οἱ σὺν ὄργῃ παρήεσαν ὡς ἀμνηνούμενοι. τῶν δὲ ῥαβδοφόρων. . . . 880, 18 ἀλλ' ὠνειδίξε ἀχαριστίαν. . . . ἐμέμφετο δὲ. 1061, 2. 709, 23. 990, 5. 1159, 13 cet. Contra 9 legi locos, quibus superflua videretur esse (Mafo.), cf. 192, 3 οἱ δὲ οὐδέτερα τούτων δυνάμενοι. . . ἐπρέσβευον, τὴν μὲν ἀνάγκην αὐτῶν καὶ τὴν προαίρεσιν ὑποδεικνύοντες. 158, 1. 774, 21. 800, 23 cet.

δὲ pro δὴ legimus 16 locis (quibus Mafo.), cf. 573, 14. 265, 4. 27, 20. 808, 23 cet.

¹⁾ In universum quidem A. caret interpolationibus neque tamen desunt, quae uncis viri docti secluserint aut secludi voluerint; quales loci extant 35, e quibus commemoro 224, 26, ubi verba τούς κατασμίπους κτείνειν M. recte in suspicionem vocasse apparet e comparatis locis 483, 2. 517, 4. 172, 3. 251, 17. 255, 27. 143, 23. 1096, 21. 777, 1. 959, 2. 1053, 25. 1105, 10. 1180, 7 (cf. 506, 3. 393, 2. 560, 18. 293, 5. 260, 24. 345, 11); quibus interpolationibus nescio an addenda sint verba διὰ τὸ ἀσθενές 349, 1, οἷα Ῥωμαίων ἐστὶ καὶ τὰ γύναια 22, 7, καὶ παρ' αὐτὸ ἦν καὶ ἀμελούμενον 300, 1, εἴη δ' ἂν ἐν τοσούτοις βασιλεύς 663, 1, ἐς τὰ ἀπόκρημα 124, 12, quem locum tractabo, cum agam de verborum significatione.

²⁾ cf. Kaelker, p. 288. Stich, p. 207.

Locis 576, 25. 265, 4 aliis apodosis incipit a δέ, locis 739, 19. 599, 5. 361, 6 (Schwfm.) 443, 9 item, cum prodosis sit genetivus absolutus.

Jam quod nonnusquam legimus δέ pro τέ, τέ pro δέ, οὔτε pro οὐδέ, οὐδέ pro οὔτε, μήτε pro μηδέ, ἔτι pro ἤδη, ἤδη pro ἔτι, haec confusio Appiano libratione sit attribuenda, fateor me haesitare.

ἔτι pro attributo legimus 341, 2 (διὰ τὰς ἔτι πρεσβείας, Mfm. in ἄρτι, Schwfc. ἔτι παρούσας, recte interpretatur) 1069, 2 (διὰ τοὺς ἔτι πολέμους)¹⁾ 392, 24. 424, 7. 488, 16. 551, 13 (Mfo.?) 689, 18. 847, 24, ἤδη 723, 17. Locis 379, 6. 254, 7. 535, 12 „porro“ vel „praeterea“ ἔτι significat; 826, 18 autem nescio an Mro.

ἤδη idem est atque νῦν vel νῦν δὴ (nostrum „eben“) 244, 9 (μάλιστα μὲν εἰκὸς αὐτοὺς ἤδη σπονδῶν φυλακῆς αἰσθάνεσθαι) 406, 10 (ὄθεν ἤδη πολλὰ κάμνοντες ἐνεδίδοσαν ὑπὸ τῆς ἀπορίας, Nfc. δὴ) 7 aliis locis.

In οὐδὲν ἔτι 561, 4 (καὶ τὴν ἐς τὸ μεσόγειον ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην, οὐδὲν ἔτι τῷ Μιθριδάτῃ προσήκοντα) non video cur offenderit M.; inest certe hoc loco in ἔτι notio non temporalis, sed localis ita ut significet, excedi e finibus quibusdam non temporis sed spatii.

Particulam ἀλλὰ nonnusquam legimus ita positam, ut negationis paullo antecedentis vim non contrarii quidquam introducendo minuat, sed ipsam narrationem continuet, quasi negatio non antecesserit: 1066, 14 καὶ αἱ πόλεις ἤξιον τὴν Ἰταλίαν ἄπασαν ἐπινείμασθαι τὸ ἔργον, ἢ ἐν ἄλλαις διαλαχεῖν, τῆς τεγῆς τιμὴν τοὺς δωρουμένους ἤτουν, καὶ ἀργύριον οὐκ ἦν, ἀλλὰ συνιόντες ἀνά μέρος ἐς τὴν Ρώμην ἐθρήνον, Mfc. lacunam post ἀλλὰ. — 700, 10 καὶ κληθεὶς ἐς μαρτυρίαν ὁ Καῖσαρ οὐ κατεῖπεν, ἀλλὰ καὶ τότε δήμαρχον ἐς ἐπιβουλὴν τοῦ Κικέρωνος ἀπέφηνε, cf. 230, 2 (Mrs. contra R.) 673, 11 (Mfo.). 465, 13 — 15 (Mfo.).

Jam particula ἄν, ut 856, 1 a M. recte videtur vocari in suspicionem, ita locorum numero haud exiguo, qui est 16 (e quibus 15 Mafo.), nequaquam inserenda mihi videtur 820, 13 καὶ οὔποτε ἂ ἐπιστεῦθην προδώσω, πρὶν καμὲ τις ἐπανελέη 821, 16 ἐγὼ μὲν γὰρ ὄντας γε Ρωμαίους οἶμαι πολλάκις ἀποθανεῖν ἐλέσθαι μᾶλλον ἢ δουλεύειν . . . 592, 2 ἀρίστον καὶ ὀφελιμοτάτον, εἰ ἐδύνατοπραχθῆναι, γενομένου cet.

23) De verborum significatione.

De verborum significatione quaestionem ita instituiam, ut primum, quae in universum mihi videantur esse dicenda, proforam, deinde singula verba, quorum significationem aut significationis variationem observaverim, enumerem.

¹⁾ M. confert Kr.¹ II. 42, 3, p. 204.

Primum igitur solet A. nonnusquam unam notionem exprimere duobus vel pluribus verbis, imprimis ita, ut duo substantiva ponat, ubi nos expectamus substantivum cum adiectivo aut cum genetivo coniunctum.

Qualem figuram (*ἐν διὰ δυοῖν*) exhibent loci:

- 180, 18 *σὺν ὄργῃ καὶ βοῇ*, cf. 802, 5.
 141, 27 *ὑπὸ λιμοῦ καὶ λοιμοῦ καὶ κόμης καὶ χρόνον*.
 184, 21 *τὰ δ' ἐντὸς ἐξετετάφρευτο καὶ διείληπτο*.
 11, 2 *δὲ εὐβουλλαν καὶ χρόνον*, Schw. Ni. Mfo.
 301, 23 *χρόνῳ καὶ μελέτῃ*, cf. 408, 14.
 161, 8 *πολέμοις καὶ εὐτυχίαις*, Schwfo.
 414, 26 *σὺν... λεία βαρυντάτη καὶ στρατῷ καταγόμενῳ*, Schw. Mfo.;
 390, 1 non valet ad mutandum.
 579, 15 *δεδιότος τε καὶ πάσχοντος*, Mfc. *δεδρακότος*, quod si legeremus, dubitarem, quodnam πάθος intellegendum esset; πάθος autem est τὸ δέος, cf. v. 7 et 8. Schwfv. *πάσχοντος* „pericula haec subeuntis.“¹⁾
 580, 8 *δρόμον καὶ φυγὴν*. 606, 3 *χρόνῳ καὶ λιμῷ*.
 620, 3 *παρηρησιαζόμενον τε καὶ λέγοντα*.
 679, 13 *μετ' ἔλεον καὶ μνήμης*.
 715, 21 *πίνῳ καὶ χρόνῳ*. 802, 22 *σὺν φόβῳ καὶ δρόμῳ*.
 1098, 18 *ἐν ὄψει οἰκτρᾶ καὶ ἰξεία μεταβολῇ*.
 1161, 11 *ἐν πολέμῳ καὶ θαλάσῃ*, Schw. Mfo.
 1178, 9 *ἐν ἐσπέρα καὶ κόπῳ*.
 160, 22 *χρόνῳ τε καὶ στρατείαις*.
 747, 8 *χωρὶς αἰδοῦς καὶ παραγγέλματος*, Mfo.

Deinde quod attinet ad poetice dicta, in hanc rem accuratius non inquisivi neque tamen, quae quidem mihi adnotaverim, dubito huc afferre. Constat igitur, Appianum libenter uti locutionibus poeticis, imprimis antiquae et epicae dictionis²⁾; occurrerunt autem mihi cum alia tum haec:

- 62, 4 *περίκλυτος*. 62, 18 *πολυώνυμος*. 62, 7, 11 (173, 6. 199, 10 cet.) *πέλαγος*. 92, 19 *ἀριπρεπής*. 160, 4. 175, 7 *ὀδύρεσθαι*. 160, 8 *δηοῦν* (= vastare). 166, 24 *αἰοίδιμος*. 177, 16 *παμμυγής*. 178, 5 *ἄληκτος*. 567, 3 *νηλεής*. 232, 12. 258, 5 *περιώδινος*. 236, 10 *νέμεσις*. 241, 12 *περιώνυμος* et *θαλασσοκράτωρ*. 236, 26 *εὐελπὶς*. 9, 14. 300, 13 *ὁ θεός* pro *ἥλιος*. 319, 6 *πόλις ἀνθήσασα*. 163, 22 *αἱ σάλπιγγες ἤχησαν* (Schrs. contra N.) etc. etc.

¹⁾ Ceterum verba *ὑπὲρ αὐτῶν* suspicionem mihi movent propter antecedentia *ὑπὲρ τε σφῶν αὐτῶν καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ*; quamquam eicienda ea esse pro certo non affirmaverim.

²⁾ cf. Krebs p. 19 adn. et Sch. ad 163, 22.

Jam pauca quae de singulis verbis observavi, deinceps proferam, ac primum quidem de substantivis, deinde de adiectivis etc.

γνώμη non solum sententiam significat, sed etiam factionem vel factionis studium, cf. 910, 15 (*φιλοτιμώτατον κάκεινον ἐς τὴν Καίσαρος γνώμην φανέντα*, Mfc. *μνήμην*. An *γνώμην* delendum, suppleto *ἀρχήν*?) 1016, 22 *γνώμην δημοκρατικῆς διανοίας*¹⁾. 1100, 2. 1090, 6 rogationem legemve 663, 19 aliis, consilium 1107 aliis, sententiam 872, 23 aliis.

βουλευτήριον omnibus aliis locis sedem senatus significat, solo loco 798, 21 senatus conventum.

χρῆμα pro *πλήθος* legimus 45, 9 (*χρῆμα Κελτῶν*).

μοῖρα non modo momentum significat, sed etiam factionem, cf. 1049, 12 *ὄντε τῆς Μάγνου Πομπηίου μοίρας*. 925, 11 *τούς τε τῆς ἐναντίας μοίρας νῦν γε μεταθήσεσθαι*. 911, 8. 1174, 16. 1175, 19.

χρόνος et longinguitatem significat (8, 5. 582, 19. 10, 2) et vetustatem (263, 20 *Καρχηδόνος αὐτῆς* — sc. *περί* — *χρόνον καὶ πλήθος καὶ δυνάμειος*. 292, 20) et certum terminum (303, 12 *ἔσται δὲ . . χρόνος ὠρισμένος, ἐν ᾧ — διαθήσονται*) et, plurali numero positum, singulos temporis terminos (12, 15). *χρόνον ἔχειν* extat 1138, 6.

ἀπιστία, *ἄπιστος* cet. significant et suspicionem et perfidiam et incredulitatem, cf. 183, 19 *ἐς ἀπιστίαν τῶν πρότερον εἰρημένων*. 205, 13 *ἄπιστος ἐς ἑκατέρους γενόμενος*. 220, 8 *τὴν ἐς τοὺς ἄρχοντας ἀπιστίαν τοῦ δήμου*. 298, 18 *οὐ γὰρ τινα διάλυσιν προσεδόκων, ἀπιστα πρότεροι κελεύσαντες*, Mrs. 321, 1 Mrs.²⁾ 62, 15. 183, 18, 22. 192, 24. 246, 4.

In *ἔπειξις* vocabulo 582, 25 (*ταῦτα τε δὴ καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις τῶν διαζόντων ἐπέειξις οὐ φέροντες*) Mfo ; „huiusmodi molestias et rerum iudicatarum praeproperas executiones non ferentes“ Schwrv.; ceterum cf. 619, 19. 639, 7. 646, 10. 734, 18. 740, 24. 778, 5. 854, 15. 863, 4. 913, 6. 940, 2. 946, 8. 1026, 7. 1043, 22. 1130, 9. 1144, 14.

Jam agam de significatione vocabuli *ἀπόκρημνος* accuratius tractans locum 124, 12; puto enim interpolata esse verba *ἐς τὰ ἀπόκρημνα*, quae iteratione, quae insit, molesta verborum *ἐς ἀπόκρημνα* valde turbent totam periodum praesertim cum enuntiato primaria incipiat ab ipso demum vocabulo *περιφόβως*, ita ut quasi uno tenore inter se cohaereant verba *ἐς ἀπόκρημνα* et *ἐς τὰ ἀπόκρημνα*. Accedit, quod ne idem quidem utroque loco significare potest vocabulum *ἀπόκρημνα*, quod Schw. mihi videtur sensisse, cum vertit „eodemque die, tertio conflictu, Romanis in praerupta

1) cf. de genetivo.

2) cf. de ellipsi.

loca compulsis, multi ex iis et pedites et equites cum equis per praecipitia detrusi sunt*. Neque tamen recte vertendo discrimen expressit. Nam si modo (quamvis artificiose) locum interpretari volumus, facere non possumus, quin *ἀπόκρημνα* vocabulum, quod apud A. ut omnino sive pro substantivo sive pro adiectivo usurpatum significet loca praerupta, declivia, ardua, praecipitia¹⁾, versu 10 intellegamus loca praerupta (schluchtenreiches, abschüssiges Terrain), versu 12 singulos locos praeruptos (Abhänge). Sin autem utroque loco idem significatur, exspectamus post *κατέωσαν* non *ἐς τὰ ἀπόκρημνα*, sed *ἐς (τὰς) φάραγγας* (cf. 112, 13. 124, 4. 609, 19. 608, 6. 288, 5. 368, 8) vel *ἀπὸ (κατὰ) τῶν (ἀπο —) κρημνῶν* (cf. 540, 12). Quod mihi concedet, quicumque comparaverit locos 318, 6 (*τὸ ἀπόκρημνον, ἐς ὃ... ἀνέβαινον*) et 158, 13 (*ἄνω πρὸς τὰ ἀπόκρημνα*, cf. 158, 16 *ἀνεπήδων ἐπὶ τοὺς κρημνούς*).

Jam vero, ut rem comprehendendo diudicemus, si *ἐς ἀπόκρημνα* significat sursum, exspectamus *κατέωσαν ἀπὸ τῶν ἀποκρημνῶν* vel *κατὰ τῶν κρημνῶν*; sin autem significat deorsum (velut 581, 9), verba *ἐς τὰ ἀπόκρημνα* aus molestam exhibent iterationem aut artificiosa egent interpretatione.

Quae cum ita sint, equidem *ἐς τὰ ἀπόκρημνα* eiecerim; quod cum facio, non nego, *τὰ ἀπόκρημνα* significare posse singulos locos praeruptos, i. e. idem fere atque *φάραγγες* vel *βάραιθρα*; immo idem significat 390, 2; hoc solum contendo, Appianum, si quid addidisset, additurum non fuisse verba *ἐς τὰ ἀπόκρημνα*, quippe quae molestam exhibuissent iterationem et mutationem significationis artificiosam.

Locus autem 389, 25 — 390, 1, ubi paullo post *δρος ἀπόκρημνον* legimus *ἐξέπιπτον ἐς τὰ ἀπόκρημνα καὶ κατεφέροντο*, meae coniecturae non repugnat; nam plane gemellus non est, praesertim cum adiectivum *ἀπόκρημνον* repetatur substantivo *ἀπόκρημνα*. —

Sed iam pauca addam de significatione pronominis *ἄλλος*; quod saepius ita extat, ut significet praeterea aut omnino aut ne vertendum quidem sit²⁾, cf. 659, 7 *ὅτι... τῶν δ' ἐχθρῶν οὐδενὸς ἐς ἔσχατον*

¹⁾ cf. 108, 18. 22. 255, 14. 158, 3. 13. 288, 4. 149, 14. 318, 6. 386, 21. 387, 16. 389, 26. 390, 2. 479, 24. 536, 14. 914, 6. 1027, 10. *κρημνοὶ* legimus 300, 19. 299, 26. 117, 21. 158, 16. 25. 540, 12. 480, 3, 6, 14, 22. 609, 10. 833, 17. 981, 24. 1001, 10. 1022, 22. 1025, 17. 1038, 10. 1134, 2. 481, 22, quo loco deleverim *πρὸς αὐτόν* suppletis verbis *ἐς τοὺς κρημνοίς*, respiciens locos 390, 1 et 1001, 10—12, pro inepto additamento, quod si recte fecero, adiuvabit haec coniectura alteram de loco 124, 12 prolatam. *κρημνός* legitur 820, 25. 841, 14, *περίκρημος* 539, 21. 540, 17. 1024, 17, *κατάκρημος* 540, 21.

²⁾ cf. Kr. § 50, 4, 11. K. II. 235, 1. § 405, b, 2, c, adn. 1. Wi. p. 493. § 59.

κακοῦ γείσεται, ἀλλὰ καὶ τοὺς στρατηγούς ἢ ταμίαις ἢ χιλιάρχους, ἢ ὅσοι τι συνῆπραξαν ἄλλο τοῖς πολεμοῖς . . . μετελεύσεσθαι, Mfm. in ἄλλοι.

1040, 1 ὡς δὲ κατέσχον, ἄλλα τέλη δέκα μετεστρατοπέδενον ὑπὲρ πέντε σταδίου, ἀπιοῦσιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ ὑπὲρ ἄλλους τέσσαρας δύο, Mfo.

266, 16 ὅσοι τῆς γερονσίας ἢ τῆς ἄλλης πόλεως.

576, 3. 664, 13. 7, 12. 864, 6¹), 567, 20²). 883, 25. 889, 17. 891, 14. 923, 10. 973, 13 (cf. 974, 11) 988, 7. 1023, 5. 1078, 21.

In loco 107, 11 (*παρά τε τὰς στήλας τὰς Ἡρακλείους τὸν ἄκεανὸν ἐπέρων, καὶ οἱ μὲν τὴν ἄλλην Λιβύην κατέσχον, οἱ δ' Οκίλην πόλιν ἐπολιόρουσαν*) „ob ambiguitatem illam nominis Ἡρακλειῶν στήλων“ difficillimo Schw¹ro. p. 271, non recte ex ἄλλην effecit, Ocilen oppidum fuisse Africanum, quod, si Λιβύην retinemus, sequitur potius e v. 13—16. Sententiam autem a Schw.¹ postulatam „Lusitanos illos, expugnata Conistorgi, navibus Oceanum ad fretum usque superasse aut per ipsum etiam fretum esse transvectos ibique locorum excensione facta partim agros Romanae dictionis depopulatos esse, partim Ocilen urbem obsedisse“ quominus accipiamus, stat per solum, ni fallor, vocabulum Λιβύην, quod nescio an sit eiciendum. Eget tamen hic locus accuratiore inquisitione (cf. etiam 13, 7. 83, 26. 58, 23. 80, 9 cet.).

Jam restant loci 149, 2 Ἄννιβας δὲ . . . καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἄλλοι Κασχηδονίων τε καὶ Ῥωμαίων στρατηγοί. 156, 63 τὰ δὲ λάφυρα ἐκ τῶν ἱερῶν καταφέροντες, ἃ ἐκ πολέμων ἄλλων κόσμος αὐτοῖς περιέκειτο. 163, 3. 172, 8. 180, 5. 192, 14. 208, 23. 571, 18. 731, 11. Loco 567, 3 (*σφαγαὶ τῶν ἐν ποσὶν ἐγένοντο νηλεεῖς, καὶ ἄλλων . . . προγραφαί*) Nfm.; intercedit enim oppositio quaedam inter τῶν ἐν ποσὶν et ἄλλων.

Desideramus ἄλλος 628, 24 Τίβυρτόν τε καὶ Πραϊνεστόν καὶ ὄσαι μέχρι Νώλης, et 341, 11 ὁ δὲ Περσεὶ μὲν ἀπεκρίνατο Ῥωμαίων ἀξίας οὐκ εἶναι διαλύσεις αὐτῶ, εἰ μὴ καὶ Μακεδόνας καὶ ἐαντὸν ἐπιτρέψει Ῥωμαίους.

De verborum significatione pauca observavi neque tamen tam gravia, ut proferenda mihi ea esse animum inducam; ceterum iis quoque confirmatur Appiani varietas.

1) cf. 671, 16. 597, 5 et de gen. obj.

2) cf. de particula ἦ.

24) De verborum structura.

De verborum structura in universum dicendum est, hinc quoque apparere varietatem et inconstantiam Appianeam; quod demonstrant, quae observavi de singulis verbis; quae sunt haec¹⁾:

μετατίθεσθαι et cum *πρός* legimus coniunctum et cum *ἐς* absolute positum (236, 17. 246, 13. 925, 11) et cum genetivo (752, 24 Cobfm., Schr. confert 867, 7).

κελεύειν saepissime cum accusativo coniunctum legitur, cum dativo nonnusquam.

προλαμβάνειν et *τι* et *τινά* secum habet et absolute ponitur.

πολεμεῖν plerumque cum dativo coniungitur, cum accusativo 6 locis²⁾ (891, 5. 1111, 23. 196, 26. 198, 25. 1050, 11. 667, 5, quibus Mafo.).

ἐπιτρέχειν modo accusativum secum habet modo dativum.

ἀφαιρείσθαι *τινά* *τι* saepius extat, item *ἀφ.* pro passivo (cum gen.), cum acc., *ἀφ.* *τινός* *τι*, *τὰ ἀφαιρεθέντα* 1038, 24, *ἀφαιρείσθαι* *τινα* cum *μή* et inf. 235, 13.

ἀπογινώσκειν modo cum acc. legitur, modo cum genetivo, modo cum infinitivo (930, 12. 284, 2. 704, 18.), modo pro passivo (909, 21).

καθαρός, *καθαίρειν*, *καθαρεύειν* et cum genet. extant et cum *ἀπό* et genet. (687, 14) et cum *ἐκ* (431, 8, vHfm. Sch. cft. Dionem Cass. 37, 24, 2).

φθάνειν legimus et cum *τι* et cum *τινά* et cum inf. et absolute aut cum participii nominativo coniunctum.

ὑπεροῶν cum gen., cum acc., cum inf. extat, *ὑπεροῶσθαι* *ὑπό* 986, 1. 136, 22.

βιάζεσθαι pro passivo legitur 864, 27, pro medio et intransitivo 591, 16 aliis, pro medio et transitivo 257, 20.

ἐπιτροπεύειν c. acc. 887, 10 (cf. 1146, 20), c. gen. 1067, 22.

Jam, aliis omissis, adiciam singulas constructiones mentione dignas:

1040, 19 *ἀναβαίνειν τὸ περιτείχισμα.*

544, 20 *ὑπεραλγεῖν* *τινος.*

1016, 11 *διαθεῖναι* cum duplici accusativo.

1120, 19 *έφορμεῖν* *τὴν ἀκτὴν.*

1029, 9 *ἀποτεμέσθαι* *τινά* *τι.*

192, 26 *αἰτίαν ἐμβάλλειν*, Schw¹rs., Mfo.; cf. 578, 8! 200, 6! 296, 7.

301. 4. 374, 5. 382, 28. 374, 5. 379, 10, 14. 458, 6. 915, 6.

¹⁾ Loci cum ad unamquamque fero structuram pertineant permulti, eos ita fere non afferam, ut satis habeam structuras commemorasse.

²⁾ cf. Stich p. 152 et de accus.

499, 2 καταλοιδορεῖν τινα.

81, 25 ἐς ἐπήκοον ἐλαίνειν, cf. 318, 20. 401, 12. 504, 15. 1006, 24. 736, 3!

939, 26 ἐπιβαίνειν ταῖς ἀπονοταῖς, cf. 840, 15. 880, 9! 630, 3. 265, 2. 54, 8.

Postremo loco adiungam locos, qui magnum praebeant verborum ambitum: 199, 21. 175, 16. 167, 25. 235, 23. 243, 2. 580, 5. 268, 7 cet.

(Orationes leguntur cum alibi tum 234, 13. 237, 17. 241, 4. 245, 24. 263, 23. 265, 18. 629, 13. 272, 11. 500, 18. 492, 12).

25) De verborum collocatione.

In verbis collocandis ad magnam A. progressus est licentiam, negligentiam, variationem, imprimis in particulis:

τε igitur saepius non verbum, quo pertinet, sequitur, sed aliud verbum¹⁾, cf. 752, 21 ἐπὶ κακῷ τε αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτὸν ἀναπειθόντων, quales locos legi 17 (e quibus 13 Mafo.); item μὲν 7 locis (bis Mafo.), cf. 454, 4 Μιθριδάτης μὲν βασιλεύει, . . . προσκείμεται δὲ; item δὲ 8 locis (bis Mfo.), cf. 844, 10 τοῦ χρόνου δὲ pro τοῦ δὲ χρόνου, 601, 2 οἱ Ἰταλιῶται δ' pro οἱ δ' Ἰταλιῶται. 88, 18 (M²fm.; comma post ἔχειν delendum, ponendum ante παρά) 1030, 15 ὡς ἀρξάμενος δ' εἶχεν pro ὡς δ' ἀρξάμενος εἶχεν, aliae particulae 483, 15. 451, 19. 700, 10. 797, 2. 823, 21. 1123, 7 (quibus locis Mfo.); cf. etiam 601, 16 cum 276, 15.²⁾

ὅμως cum participio coniunctum id non modo sequitur, sed etiam praecedit: 655, 20 τρισμυρίους ὅμως ἔτι ἔχων. . . ἔφηνε, et 444, 11 ὅμως δ' αὐτῶν βραδύνοντι συννεῖς ὁ νεανίσκος ἐς λόγους ἦλθεν, ἐθέλοντι κάκεινφ, Schw. Mfo. Schwfv., sententia enim inest haec: „quamquam aliquid suspicatus est, tamen, quia ille morabatur, cum eo collocutus est“, cf. locum 320, 16 (Schw. Mfo.), ubi ὡσαύτως non ad ἰδόντες pertinet, sed ad ἐξεπήδων.

Idem cadit in locum 781, 8 (καὶ ὁ Σπιτίων αὐτός ἅμα Ἀφρανίφ, πάντα μεθεῖς, ἔφηνεν), quem M. recte intellexit, non recte vocavit in suspicionem; neque enim deleto commate ante πάντα opus iam est mutatione.

Nec magis recte offendit M. in vocabulo εὐθύς ante participium posito 742, 14, qui locus prorsus aequè sit comparatus atque ii, quos modo rettuli.

1) cf. K. p. 789, 5, d. Kaelker, p. 287.

2) cf. Kaelker, p. 259.

Jam mentione digni sunt loci 178, 19 (*εἴτε θεοῦ παράγοντος αὐτὸν ἀεὶ ὡς καὶ τότε*). 433, 17. 313, 11. 470, 10. 663, 3. 752, 7. 938, 2 (quibus Mafo.), ubi *ἀεὶ* insolitam exhibet collocationem; quam et ipsam particulae *ἔτι* 391, 7 (*ἧ δὲ καὶ μάλιστα προύλαβε τοῦ πελάγους ἔτι Ῥωμαίων ἀναπειρωμένων*) non est quod denegemus.

Quam particulam, cum *καὶ* et *νῦν* coniunctam, magna cum varietate videmus collocari; legimus enim *ἔτι καὶ νῦν* 246, 1, *καὶ ἔτι νῦν* 347, 4, *καὶ νῦν ἔτι* 250, 4. 553, 10. 430. 5. 489, 21. 1012, 3; quibus locis nisus 238, 7 inter *καὶ* et *ἔτι* inseruerim *νῦν*, quod postulet sententiarum conexus et quod facillime potuerit intercidere, repudiata scriptura codicum deteriorum¹⁾ *ἔτι καὶ νῦν*; (ceterum ad hanc coniecturam impugnandam nihil valet *ἔτι καὶ* 668, 2); eadem vi legimus *ἔτι νῦν* et *καὶ νῦν* multis locis, *ἐς ἔτι νῦν* extat 949, 19.

Jam ut mittamus particulas, nonnusquam apud Appianum usu venit, ut vocabulum, quod suum locum habet extra enuntiatum quoddam relativum, legatur intra id enuntiatum, quod apparet e locis 456, 3 (*ἦν δὲ καὶ νεῶν στόλος αὐτοῖς, οὗ περὶ Βυζάντιον... ἠγοῦντο* pro *στόλος αὐτοῖς περὶ Β. οὗ.*) 667, 8. 847, 16. 944, 2. 365, 11 (ter Mafo.).

Permultis deinde locis genetivus *αὐτοῦ* vel *αὐτῶν* praecedit substantivum, quo pertinet, minus magisve longe, cf. 986, 23 (*ἔκοπτεν αὐτοῦ τὸ τεῖχος ἤδη καὶ ἐσάλευεν*) 214, 22 (*ἐνθα τις αὐτοῦ τὸν Σύφακος ἵππον ἔβαλεν*). 172, 24 (GH., Ni., Schfm., cf. etiam 475, 5 et 297, 7); quales loci mihi occurrerunt 19 (ter Mafo., 246, 7 Rrc.); omnino libenter videtur genetivum A. anteponere, cf. 192, 16. 453, 9 (Rfo. in *τῆς ἀποκρίσεως τὴν ἀπορίαν*) 950, 25 (Schwfo.). 951, 11 (Mfo.). 1108, 20. 1106, 2. 1121, 2.

Locis autem 789, 12, 13 (Mfo., *τοῦ ποδὸς* dependet a *ταρσόν*)²⁾ et 624, 7³⁾ genetivus, ut non praecedit, ita longissime abest a nomine unde dependeat; quale spatium A. solet interponere etiam inter *αὐτὸν* vel *αὐτοῖς* et verbum quo referendum sit, ita tamen ut accusativus praecedat, cf. 196, 14. 91, 28! 73, 23! 434, 7. 515, 11. 542, 10. 549, 17. 514, 8! 965, 22 (Mfo.)⁴⁾. Similiter comparati sunt loci 853, 20. 951, 15 (Mfo.). 543, 1 (Nfo.) 871, 20 (Nfo.) 866, 5—6, quibus genetivus longius solito praecedit verbum, a quo dependet.

Tum *αὐτοῦ* (— *ῶν*) legitur inter articulum et substantivum,

1) de quibus cf. M. I. p. XVII.

2) cf. de acc. abs.

3) cf. de gen. obj. et de art.

4) 65, 8 huc non pertinet; servandum enim est *αὐτῶν*, cf. de ellipsi.

cui attributum sit¹⁾: 8, 12 (περὶ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας) 442, 4. 670, 14. 744, 2²⁾).

Loco 242, 18 extant verba τοὺς Ἰταλῶν Ἀντίβα προσθεμένους pro Ἰταλῶν τοὺς Ἀντίβα προσθεμένους, 799, 10 τῶν τις περὶ αὐτὸ οἴκων pro τις τῶν π. ἀ. οἴκων vel τ. π. ἀ. οἴκων τις.

Porro μάλιστα quoque longius solet abesse a verbo, -quo pertinet, cf. 560, 26 (τεσσαράκοντα δύο ἔτεσι μάλιστα καθελόντες) alios. Pronomen ἕκαστος substantivum modo praecedit modo sequitur.

Chiasmum praebent loci 571, 18, 19. 720, 5. 880, 4. 241, 20 (cf. 245, 5) 687, 24 — 688, 1. 973, 7³⁾).

Sed haec omnia mentione haud fere videntur esse digna respicienti eos locos, quos iam enumerabo, ubi tam variae et mirae inveniantur verborum collocationes, ut certae condiciones aut leges ex eis non appareant, nisi quod verba quae inter se cohaerent, miro modo inter se interdum disiunguntur, cf. 268, 20 εἰ μὲν ἔστι καὶ τῶν πρότερον εἰρημένων ἔτι πρὸς ὑμᾶς, ὧ Ῥωμαῖοι, λόγος.

927, 15 τὰ χρήματα δὲ συνενεχθῆναι κελεύσας, ὅποσα πρότερον αὐτοῖς ἐπεγέγραπτο.

954, 3 εἷς ἀπέθανε πολλοὺς ἀποκτείνας.

999, 14 μακρόθεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀγῶσι, σὺν δρόμῳ καὶ βοῇ μετέφερον.

1029, 4 ἀφηρεῖτο δὲ τὴν ὄψιν τοῦ ἔργου τοὺς πολεμίους ὁ περὶ κῶς ἔτι δόναξ ἀμφὶ τῇ διόδῳ, ubi equidem ὁ ante ἀμφὶ suppleverim neque tamen inseruerim⁴⁾. 484, 22 (ὧν pertinet non ad Ῥωμαίους sed ad ἑστῆ sc. ὑμεῖς, cf. 264, 13. 893, 14. 983, 20, 21). 949, 3 (expectamus τοὺς κατ' Ἀντωνίου ὡς κατὰ τυράννον λόγους συγγράφων⁵⁾); quo accedunt, quos, ne longus fiam, verbis non exscribo, loci hi: 1020, 21. 1047, 11. 1072, 4, 5. 1077, 22. 1108, 14. 1143, 25. 1149, 9. 1179, 7, 8. 212, 25 (Mrs.) 524, 8. 818, 12. 777, 1. 767, 2 (comma delendum). 849, 10. 858, 4. 899, 24. 804, 1. 901, 6. 908, 3. 1084, 14. 1087, 3, 5 (εἰ = ὁπότε). 1101, 24. 1108, 8 (noli μετὰ τῶν ἐδζώνων inserere ante οἷς) 1058, 25. 492, 20. 744, 2, 3. 659, 23 (Cobfm. in ἑτέροις τῶν ὄντων). 861, 1. 777, 4. 1127, 3. 152, 21. 192, 21. 288, 8. 476, 23; quorum e locorum numero 29 sunt, quibus Mafo. —


1) cf. Kaelker p. 257.

2) cf. Stich p. 162.

3) cf. Stich p. 207.

4) cf. de art.

5) cf. de particulis et de ell.





3 2044 011 851 573

STACKSTUDY
NOV 01 1991
CHARGE

STACKSTUDY
NOV 01 1991
CHARGE



